nec enim conueniens eſt putare preſente io/
ſeph introiſſe angelum ad mariam: ⁊ dixiſſe
que dixit: ⁊ mariam reſpondiſſe quecunqꝫ re
ſpondit. Et ſi credamus angelum potuiſſe in
trare ad eam ⁊ loqui: plane tamen mariā abiſ
ſe in montana ⁊ manſiſſe cum heliſabeth mē
ſibus tribus: poſſibile non fuit preſente Jo/
ſeph: q̄ꝛ neceſſe erat vt abſentationis eius ⁊
manſionis diutine requireret cauſas. poſtq̄ꝫ
aūt rediit peregre poſt tot menſes inuenit eaꝫ
grauidaꝫ manifeſte. CHRY. in ho. Pro
prie aūt dicit: Inuenta ē. qđ de non excogita/
tis dici conſuetū eſt. Ne aūt moleſtes euāge/
liſtā interrogando qualiter ſit natus ex virgi/
ne breuiter expediuit ſe dicēs: De ſpiritu ſan
cto: quaſi ſpiritusſanctus eſt q ē hoc miraculū
operatus. neqꝫ. n. gabriel: neqꝫ matheus am
plius dicere potuerunt. GLO. Hoc er/
go quod dicitur: Eſt ex ſpiritu ſancto. euan/
geliſta ex parte ſua adduxit: vt cum dicere/
tur habere in vtero: omnis mala remoueret
ſuſpitio a mētibꝰ audientium. HIERO.
in expoſitione ca. ſi. Non aūt ſicut q̄dam ſcele
ratiſſime opinantur: ſpiritumſanctū dicimus
fuiſſe ꝓ ſemine: ſꝫ potētia ac virtute creatoris
dicimus operatū. AMBRO. in libro de
ſpiritu ſancto: Qđ enim ex aliquo ē: aut ex ſub
ſtantia eſt: aut ex poteſtate eius ē. ex ſubſtan/
tia ſicut filius: q̄ꝛ a patre. ex poteſtate ſicut ex
deo oīa: quō ⁊ in vtero habuit maria ex ſpiri
tuſācto. AVGV. ad cuſtochiū: Profecto
aūt iſte modus quo natus ē xp̄s de ſpiritu ſan
cto inſinuat nobis gratiā dei: qua homo nul/
lis precedētibus meritis in ipſo ex ordine na
ture ſue quo eſſe cepit: verbo dei copularet in
tantā ꝑſone vnitatē vt idē ipſe eēt filius dei.
Sꝫ cū illā creaturā quā virgo concepit ⁊ pe/
perit: q̄uis ad ſolā ꝑſonā filij ꝑtinētē tota tri
nitas fecerit: neqꝫ. n. ſeꝑabilia ſunt oꝑa trini/
tatis: cur in ea facienda ſolus ſpūſſanctꝰ noīa
tus eſt? an ⁊ q̄n vnus triū i aliquo oꝑe noīat:
vniuerſa oꝑari trinitas itelligi? HIERO.
Sꝫ inq̄t heluidius: neqꝫ de nō ꝯuēturis euā
geliſta dixiſſet ꝑuſq̄ꝫ ꝯueniret: q̄ꝛ nemo de nō
prāſuro dicit anteq̄ꝫ prāderet: quaſi ſiqs dice
ret: Anteq̄ꝫ in portu prādere ad aphricā naui
gaui nō poſſet ſtare ſnīa: niſi ei in portu prā/
dendū ſit q̄nq̄ꝫ. aut non potius ſit intelligēdū
ſic: q̄ꝛ añ lꝫ ſepe ⁊ conſequentiā indicet: tn̄ nō
nunq̄ꝫ ea tn̄ q̄ ꝑus cogitabant oñdit: nec ne/
ceſſe ſit vt cogitata fiant. Cū ideo aliud inter/
uenerit: ne ea q̄ cogitata ſunt fierent. HIE.
Nō ergo ſequit vt poſtea ꝯuenerit: ſꝫ ſcriptu
ra q̄ꝛ factū nō ſit oſtēdit. REMI. Vel hoc
verbū ꝯueniēdi: nō ipm ꝯcubitū: ſꝫ tp̄s ſigni
ficat nuptiaꝝ. i. q̄n ea q̄ fuerat ſponſa icipit eē
vxor. Eſt. n. ſenſus: Anteq̄ꝫ ꝯueniret. i. an/
teq̄ꝫ rite ſolēnia nuptiaꝝ celebraret. AVG.
de cō. euā. Hoc quēadmodū ſcđm ſit qđ hic ꝑ
termiſit lucas: exponit poſt cōmemoratū ꝯce/
ptū ioānes ita narrās: In mēſe aūt ſexto miſ
ſus ē angelus. ⁊ ifra: Spūſſanctꝰ ſupueniet
in te. hoc ergo ē qđ mathēꝰ cōmemorauit di/
cēs: Inuēta ē in vtero hñs de ſpūſcō. nec con
trariū ē: q̄ꝛ lucas expoſuit qđ mathēꝰ ꝑtermi/
ſit. Sicut nō ē ꝯtrariū: q̄ꝛ matheus deinceps
ꝯtinet qđ lucas pretermiſit. Seq̄t. n. Joſeph
aūt vir eius cū eſſet iuſtus. vſqꝫ ad eū locum
vbi ſcriptū ē đ magis q̄ꝛ ꝑ aliā viā reuerſi ſūt
in regionē ſuā. Siqs aūt velit vnā narratio/
nē ex oībus q̄ đ xp̄i natiuitate dicunt ab alter
utro: ſi hec pretermittuntur. ordinare ſic pōt:
Chriſti generatio ſic erat: Fuit i diebꝰ hero/
dis. vſqꝫ ibi: Māſit aūt maria cum illa quaſi
mēſibus tribus ⁊ reuerſa ē in domū ſuā. Et
tūc addendū ē qđ hic dicit: Et inuēta ē in vte
ro habens de ſpiritu ſancto.

Joſeph autem vir eius cuꝫ eſſet iu
ſtus: ⁊ nollet eam traducere: voluit oc/
culte dimittere eam.

CHRY. in ho. Cū dixiſſet euangeliſta q̄ꝛ
ex ſpūſcō ⁊ ſine ꝯcubitu iuenta ē i vtero hñs:
ne ſuſpectū haberes xp̄i diſcipulū q̄ſi grādia
de ſuo magiſtro fingētē: itroducit ioſeph ꝑ ea
q̄ paſſus ē: ad fidē eoꝝ q̄ dcā ſunt ꝯferētem:
vñ dicit: Joſeph aūt vir eius cuꝫ eſſet iuſtus.
AVGV. in ſer. de nati. Intelligens. n. io
ſeph marie vteꝝ grauidari turbat: q̄ꝛ mariam
quā đ tēplo dñi acceꝑat: ⁊ nōdū cognouerat:
grauidā ſentiebat: ſecūqꝫ eſtuabat diſputās ⁊
dicēs: Quid faciā? ꝓdo: aut taceo? Si ꝓdide
ro: adulterio nō ꝯſentio: ſꝫ vitiū crudelitatis i
curro: q̄ꝛ ſcđm moyſi ſnīam lapidādā eā eſſe co
gnoſco. Si tacuero: malo ꝯſentio: ⁊ cū adulte
ris portionē meā pono: q̄n ergo tacere malū
ē: adulteriū ꝓdere peius ē: dimittā eā a coniu/
gio. AMBRO. ſup lucā: Pulchre autē
docuit ſanctꝰ mathēꝰ qđ facere debeat iuſtꝰ:
q obprobriū ꝯiugis deprehēderit: vt icruētū

ab homicidio: caſtū ab adulterio ꝑſtare ſe de/
beat. ⁊ ideo dicit: Cū eēt iuſtus. Vbiqʒ ergo
in ioſeph iuſti gra ⁊ pſona ſeruaꝫ vt teſtis or/
neꝫ: lingua. n. iuſti loqꝫ iudiciū veritatis. Sʒ
quō ioſeph cū crimē celet vxoris: iuſtꝰ deſcri/
bit. CHRY. in ho. In lege. n. ꝑceptū eſt:
nō ſolū reos: ſʒ ꝯſcios criminis obnoxios eē
peccato. HIERO. Sʒ ſciendū ꝙ iuſtū hic
virtuoſum ī oībꝰ dicit. Eſt. n. iuſticia ⁊ auari
ciā nō hēre: ⁊ vniuerſalis virtꝰ: ⁊ ſic noīe iu/
ſticie maxime vtiꝫ ſcriptura. Iuſtꝰ igiꝫ exiſtēs
.i. benignꝰ ⁊ mitis: voluit occulte dimitteꝫ eā
q̄ nō ſolū traditioni: ſʒ ēt pene ſm legē obno
xia videbaꝫ. ſʒ ioſeph vtrūqʒ remiſit q̄ſi ſupra
legē viuēs: ſicut. n. ſol anteq̄ʒ radios mōſtrat
mūdū clarificat: ſic ⁊ xp̄s anteq̄ʒ naſcereꝫ: mul
ta ſigna ꝑfecte virtutis appeꝫ fecit. AVG.
de ver. dn̄i: Vel aliṫ. Si ſolus noſti q̄ꝛ aliqs
peccauerit in te: ⁊ eū corā hoībꝰ arguere: non
es correctoꝛ ſʒ proditoꝛ. vn̄ vir iuſtus Ioſeph
tāto flagitio qđ de vxoꝛe fuerat ſuſpicatꝰ ma/
gna benignitate pepcit. Eſtuabat vtiqʒ certa
adulterij ſuſpitio: ⁊ tn̄ q̄ꝛ ipſe ſolꝰ ſciebat: no
luit eā diuulgare: ſʒ occulte dimittere volēs ꝓ
deſſe peccāti: nō pūire peccātē. HIERO.
Vel hoc teſtimoniū Marie ē: ꝙ ioſeph ſciēs
illꝰ caſtitatē ⁊ admirās qđ euenerat: celat ſilē
tio cuius myſteriū neſciebat. REMI. Vi/
debat. n. grauidā quā nouerat caſtā. ⁊ q̄ꝛ lege
rat: Egrediet virga de radice Ieſſe. vn̄ nouit
Mariā duxiſſe originē: ⁊ legerat ēt: Ecce vir
go ꝯcipiet. nō diffidebat hāc ꝓphetiā ī ea eſſe
iplendā. ORIGE. Sʒ ſi ſuſpitionē in ea
nō hēbat: quō iuſtus erat vt imaculatā dimit
teret? Ideo ergo dimitteꝫ volebat: q̄m magnū
ſacramētū ī ea eē cognoſcebat cui approxima
re ſe idignū eſtimabat. GLO. Vel cū vellet
eā dimittere iuſtus erat: cū occulte pius notaꝫ
eā ab īfamia defendēs: ⁊ hoc ē: cū eſſet iuſtꝰ
voluit dimittere eā: cū nollet eā traducere ī pu
blicū. i. diffamare: voluit hoc facere occulte.
AMBRO. ſup lucā: Nemo aūt quā non
accepit dimittit ⁊ ideo quā volebat dimittere:
fatebaꝫ acceptā. GLO. Vel cū nollet eā tra
ducere ī domū ſuā ad cohabitationē aſſiduā:
voluit occulte dimittere eā. i. tp̄s nuptiaꝝ mu
tare. vera. n. virtꝰ ē cū nec pietas ſine iuſticia:
nec ſine pietate ſeruaꝫ iuſticia: q̄ ſepate ab iui
cē dilabunꝫ. Vel iuſtꝰ erat ꝓ fidē qua crede/
bat xp̄m de virgine naſcituꝝ. vn̄ voluit ſe hu

miliare ante tantam gratiam.

¶ Hec autēʒ eo cogitante: ecce ange
lus domini apparuit in ſomnis ei di/
cens: Ioſeph fili dauid: noli timere ac/
cipere mariam coniugem tuaʒ. Quod
enim in ea natuʒ eſt: de ſpirituſancto ē.
REMI. Quia ſicut dictuʒ eſt cogitabat Io
ſeph occulte maria dimittere. hoc autem ſi fe/
ciſſet: perpauci eſſent qui non magis ſuſpica
rentur eam eſſe meretricem q̄ʒ virginem: ic/
circo repente conſiliuʒ ioſeph diuino mutatū
eſt conſilio vnde dicitur: Hec autem eo cogi
tante. GLO. In quo notatur animus ſapi/
entis q nihil temere vult icipere. CHRY.
in ho. Notatur etiam manſuetudo ioſeph: q̄ꝛ
nulli enarrauit ſuā ſuſpitōnē: neqʒ ei q̄ ſuſpe
cta erat: ſed in ſe cogitabat. AVGV. i ſer.
de natiui. Sʒ ioſeph iſta cogitante nō timeat
Maria dauid filia: q̄m ſicut dauid veniā con
tulit ſermo ꝓpheticus: ſic mariā liberat ange
lus ſaluatoris. Ecce. n. iteꝝ virginis ille pa/
ranymphus gabriel aduenit vnde ſequiꝫ: Ec
ce āgelus domini apparuit ioſeph. GLO.
Hoc igitur verbo apparuit: ſignificatur pote
ſtas apparentis: qui quādo vult ⁊ quomodo
exhibet ſe videndum. RABA. Quomo/
do autem angelus ioſeph apparuit demōſtra
tur cuʒ dicitur. In ſomnis. i. quomodo iacob
ſcalam vidit per imaginationem quandā ocu
lis cordis oſtenſam. CHRY. in ho. Ideo
autēʒ non apparuit manifeſte ioſeph ſicut pa
ſtoꝛibus: q̄ꝛ valde fidelis erat: paſtoꝛes aūt in
digebant quaſi rudes. Virgo autēʒ indiguit:
quaſi primo de maximis inſtruenda. Simili
ter etiam zacharias indiguit ante conceptionē
prolis mirabili viſione. GLO. Apparens
angelus nomē exprimit: genus cōmemorat:
⁊ timorē excludit dicēs: Ioſeph fili dauid: io
ſeph eū ex noīe: quaſi notū ⁊ familiarem ſibi
oſ̄dit. CHRY. ſup math. Filiū dauid eū
noians voluit eū adducere ī memoriā paſſio/
nis dei ad dauid: vt de ſemine eiꝰ xp̄s naſce/
reꝫ. CHRY. in ho. Dicēs aūt: Noli time
re. monſtrat eū iam timere ne offenderet deū
q̄ſi adulterā habēs: aliṫ neqʒ cogitaſſet eā ex/
pelleꝫ. SEVE. Spōſus ēt ne timeat admo
neꝫ: q̄ꝛ pius aius duꝫ cōpatitur plus paueſcit
ac ſi dicat: Hic non eſt mortis cauſa ſed vi/
te: quia que vitam parturit: non meretur occi

ci. CHRY. ſuper math. Dicens etiam ne
timeas: cognitorez ſe cordis eius oſtēdere vo
luit: vt per hoc futurorum bonorum que de
chriſto erat dicturus faceret fidem. AMB.
ſuper lucam: Non autem te moueat: q̄ eā cō
iugem vocat: nō enim virginitatis ereptio: ſʒ
coniugij teſtificatio: nuptiarum celebratio de/
claratur. HIE. cōtra Heluidium: Non ta/
men eſt putandum q̄ ex eo q̄ vxor ē appella/
ta ſpōſa eſſe deſierit: cum hanc eſſe conſuetu/
dinem ſcripture nouerimus: q̄ ſponſos vi/
ros & ſponſas appellet vxores: ſicut deutero/
nomij teſtimonio approbat: Siquis inquit i/
uenerit virginem deſponſatam viro in cam/
po & vim faciens dormierit cum ea moriat: q̄
humiliauit vxorem proximi ſui. CHRY.
in ho. Dicit autem: Noli timere accipere .i.
intus retinere: iam enim mente dimiſſa erat.
RABA. Vel noli timere accipe eā . nup/
ciali cōuētu & aſſidua cohabitatōe. CHR.
ſuper math. Propter tres autem cauſas ap/
paruit angelus ioſeph hoc dicens ei: prio ne
iuſtus homo ignorans faceret rem iniuſtam
ex propoſito iuſto: deinde propter honorē ipi
us matris: nam ſi dimiſſa fuiſſet apud infide
les: turpi ſuſpitione carere non poterat: tertio
vt intelligens ioſeph ſcām conceptionem: di/
ligentius ſe cuſtodiret ab illa q̄ʒ prius: iō tamē
non ante conceptionem virginis venit ad io/
ſeph: vt nec cogitaret hec que cogitauit ne pa/
teretur que paſſus eſt zacharias culpam infi/
delitatis incurrens de conceptione coniugis
iam longeue: incredibilior .n. erat res virgi/
nem poſſe concipere q̄ʒ anuz. CHRY. in
ho. Vel ideo turbato iam ioſeph angelus ve
nit: vt appareat ioſeph ſapientia: & vt hoc ipſʒ
fieret ei eorū que dicebant demonſtratio. Dū
eniʒ audit ab angelo que intra ſe cogitauerat:
indubitabile ſignum erat: q̄ a deo mitteret:
cuius ſolius eſt ſcire cordis ſecreta. Sermo
etiam euangeliſte inſuſpicabilis fit: demon/
ſtrans ioſeph paſſum quod improbabile ē vi
rum pati. Virgo etiam omnem malam ſuſpi
tionem effugit ex hoc: q̄ vir qui zelotipiā paſ
ſus eſt: eam ſuſcepit: & poſt conceptionem ſer
uauit. Ideo autem virgo ioſeph hec que āge/
lus nunciarat non dixit: quia non eſtimabat ſi
bi credi a ſponſo: & maxime iam in ſuſpitio/
nem adducto. Virgini autem ante conceptio
nem annunciat angelus: ne ſi poſt conceptio
nem deferret: in anguſtia eſſet. Oportebat ētiā
extra turbationem eſſe illam matrem: q̄ oium
conditorem recepit. CHRY. in ho. Non
ſolum autem āgelus ab iniqua cōmixtiōe vir
ginem excuſat: ſed & ſupra naturam concepiſ
ſe demonſtrat: non ſolum timorem auferēs:
ſed & letitiam addens. vnde ſubdit: Qđ eniʒ
in ea natum eſt de ſpūſancto eſt. GLO.
Aliud ē naſci in ea: & aliud ab ea. naſci ab ea
eſt prodire in lucem: naſci in ea eſt idem quod
concipi. vel ſm preſentiam angeli quam hēt
ex deo: cui futurum quaſi preteritum eſt nati
dicitur. AVGV. de queſt. no. & ve. teſta.
Sed ſi de ſpirituſancto natus eſt xp̄s: cur di/
ctum eſt: Sapientia edificauit ſibi domum?
Quomodo iſta gemina ratione debet intelli/
gi? Primum enim domus chriſti eccleſia ē:
quam edificauit ſibi ſanguine ſuo. deinde po
teſt & corpus eius dici domus eius: ſicut dici
tur templum eius. Factum autem ſpirituſſā/
cti: factum filij dei eſt: propter nature & volū/
tatis vnitatem: ſiue enim pater faciat ſiue fili
us ſiue ſpūſſanctus: trinitas eſt que operat: &
quicqd tres fecerit: dei vnius ē. AVGV.
in enche. Nunquid tamen ideo dicturi ſum⁹
patrem hominis chriſti eſſe ſpiritumſanctuʒ:
vt deus pater verbum genuerit? ſpirituſſan/
ctus hominem? quod ita abſurduʒ ē: vt nulle
fideles aures id valeant ſuſtinere. Quomo/
do ergo dicimus chriſtum natum de ſpiritu/
ſancto: ſi non eum genuit ſpirituſſanctus? an
quia fecit eum? in q̄ʒtum enim homo eſt: fact⁹
eſt: ſicut apoſtolus dicit: Factus ex ſemine da
uid .ſ. carne: neqʒ enim quia mundum iſtum
fecit deus: dici eum fas eſt dei filium: aut na/
tum ex deo: ſed factum vel creatum vel condi
tum. hic autem cum confiteamur eum natum
de ſpirituſancto & maria virgine: quomodo
non ſit filius ſpirituſſancti & ſit filius Marie
virginis? non ergo concedendum eſt quicqd
de aliqua re naſcitur: continuo eiuſdem rei fi
lium nuncupandum. vt enim omittam aliter
de homine naſci filium: aliter capillum: pedi/
culum & lumbricum: quorum nihil eſt filius.
Certe homines qui naſcuntur ex aqua & ſpi/
ritu non aque filios recte eos dixerit quiſpiā:
ſed dei patris & matris eccleſie. Sic ergo de
ſpirituſancto natus eſt & filius dei patris eſt
non ſpirituſſancti.

¶ Pariet autem filium: & vocabis

nomen eius Jeſum: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorū. CHRY. in ho. Quia hoc quod angelus ad ioſeph dixerat ſupra humanā cogitationē ⁊ legem nature erat: non ſolum ex preterito⁊ reuelatione confirmat que dixerat: ſed etiā ex futuris dicens: Pariet aūt filiū. GLO. Ut enim non videretur ioſeph amplius coniugio non eſſe neceſſarius: cum conceptio eſſet facta ſine eius auxilio: oſtendit ꝙ ꝙuis nō ſit neceſſarius conceptui: tamen vtilis eſt procurationi: quia ipſa pariet filium: ⁊ tunc matri ⁊ filio erit neceſſarius: matri vt ab īfamia defendat: filio vt eum nutriat ⁊ circuncidat. Que circūciſio notat̄ vbi dicit: Et voca. no. eius Jeſum. In circūciſione enim ſolet dari nomen. CHRY. ſuper math. Non autē dixit pariet tibi filium ſicut ad zachariam. Ecce Heliſabeth vxor tua pariet tibi filium: qa mulier que ex viro concipit: marito ſuo filiū parit: quia magis ex illo eſt ꝙ̄ de ipſa: hec autem que non de viro conceperat: non viro filium peperit: ſed ſibi tātūmodo. CHRY. in ho. Uel indeterminate hoc poſuit: vt oſtendat ꝙ eum peperit orbi terrarum vniuerſo. RABA. Dicit autem: Uocabis nomen: ⁊ non impones: quia ab eterno impoſitū eſt. CHRY. in ho. Hinc autem oſtendit admirabilem eſſe partum: quia deus eſt qui nomen deſuper per angelum mittit: nec nomen quodcūqȝ ſed quod eſt infinitorum bonorū theſaurus. Ideoqȝ interpretatur illud angelus: bonam ſubſtituens ſpem: ⁊ ex hoc ad credendum quod dicebat̄: inducit. ad talia enim credenda facilius accedere conſueuim⁹. HIE. Jeſus enim hebreo ſermone ſaluator dicitur. Etymologiā ergo nominis ſignificat dicēs: Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuū a peccatis eorum. Oſtendit enim eundem totius mundi ſaluatorem: ⁊ noſtre ſalutis auctorem. Saluat quidem non incredulos: ſed populū ſuum: hoc eſt in ſe credentes ſaluat: non tam a viſibilibus hoſtibus ꝙ̄ potius inuiſibilib⁹: hoc eſt a peccatis ſaluat: non armis pugnando: ſed peccata relaxando. SEVE. Ueniāt ⁊ audiant qui requirunt: quis eſt quem Maria genuit: Ipſe enim ſaluum faciet populū ſuum: non alterius ſaluum faciet populum. vñ a peccatis eorum: eſſe deū q peccata donat ſi chriſtianus non credis: crede infidelib⁹ vel iudeis dicentibus: Nemo poteſt peccata dimittere niſi ſolus deus.

¶ In nocte natalis domini. Luce ſecundo capi.

Exijt edictum a ceſare auguſto: vt ſcriberetur vniuerſus orbis. Hec deſcriptio prima facta eſt a preſide ſyrie cyrino. Et ibant omnes vt profiterentur ſinguli in ſuā ciuitatem. Aſcendit autem ⁊ ioſeph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid que vocatur bethelē: eo ꝙ eſſet de domo ⁊ familia dauid: vt profiteretur cum maria deſponſata ſibi vxore pregnante.

BEDA: Naſciturus in carne dei filius: ſicut de virgine natus virginitatis ſibi decus oñdit eē gratiſſimū: ita pacatiſſimo tpe ſeculi procreat̄: qꝫ pacē querere docuit: ⁊ pacis ſectatores inuiſere dignat̄. Nullum aūt potuit magis eē pacis indiciū ꝙ̄ vna totū orbē deſcriptione cōcludi: cuius moderator auguſtus: tāta duodecim ānis circa tēpus dñice natiuitatis pace regnauit: vt bellis toto orbe ſopitis ꝓphete ꝑſagiū ad litterā videat̄ iplesſe. vñ dicitur: Exijt edic. a ceſa. auguſto vt deſcri. vniuerſus orbis. GRECUS: Tūc ēt naſcit̄ chriſt⁹: cū ꝑncipes iudeoꝝ defecerāt: ⁊ ad romanos ꝑncipes trāslatū erat iperiū: qb⁹ iudei tributa ſoluebāt. ⁊ ſic iplet̄ ꝓphetia ꝑdicēs nō deficere ducē de iuda nec ꝑncipē de femorib⁹ ei⁹: donec veniat q mittēdus ē. Iā vo ceſare auguſto. xlij. annū iperij peragēte: exijt ab eo edictū totū orbē cōſcribi ad tributa ſoluenda: quod cuidā cyrino ceſar cōmiſerat: quē iudee ⁊ ſyrie ꝑſidē ſtatuit. vñ ſeqt̄: Hec deſcriptio ꝑma facta ē a ꝑſide ſyrie cyrino. BEDA: Signat hāc deſcriptionē vel ꝑmā eē earū q̄ totū orbē cōcluſerit: qꝫ plereqȝ iā partes terrarum ſepe leguntur fuiſſe deſcripte: vel primo tunc cepiſſe quādo cyrinus i ſyriā miſſus eſt. AMB. Pulchre āt preſidis nomē addidit: vt ſeriē tēporis deſignaret. nā ſi cōſules aſcri

hunc tabulis emptionis: quãtomagis redem
ptioni oĩum debuit tẽpus aſcribi. BEDA:
Superna aũt diſpẽſatione ꝓfeſſio cenſus ita
deſcripta eſt: vt in ſuã quiſqꝫ patriã ire iube/
retur: ſm ꝙ ſequit̃: Et ibant oẽs vt ꝓfite. ſin
guli i ciuita. ſuã. Qḋ iõ fcãm eſt: vt dñs alibi
cõcept⁹: alibi natus: iſidiãtis herodis fauorẽ
facili⁹ euaderet. vñ ſeq̃t̃: Aſcẽ. au. ⁊ ioſeph a
galilea de ciuita. naza. i iudeam. CHRY.
Dño aũt dirigente auguſtus h edictũ cẽſuit:
vt vnigeniti pñtie famulet̃. nã h edictũ mrẽm
attrahebat i patriã: quã ꝓphete ꝑdixerãt. ſ. in
bethleẽ iude. vñ dicit: Ciuitatẽ dauid q̄ voca
tur bethleeꝫ. GRECVS: Jõ ãt addidit ci
uitatẽ dauid: vt ꝓmiſſionẽ fcãm dauid a deo
ex fructu vẽtris eius rex perpetuus adueni/
ret: eſſe completã annũciet. vñ ſequitur: Et ꝙ
eẽt de domo ⁊ familia dauid.. Per h autem
ꝙ ioſeph erat de cognatiõe dauid: cõtẽt⁹ fuit
euangeliſta ipſam quoqꝫ ꝟginẽ de cognatio
ne dauid ꝓmulgare: cũ lex diuina ꝑciperet cõ
iugales copulas ex eadẽ ꝓgenie. cõtrahi. vñ
ſequit̃: Cũ maria deſpõſata ſibi vxore ꝑgnã/
te. CYRIL. Dicit aũt eã fuiſſe deſpõſatã
inuens ꝙ ſolis ſpõſalibus ꝑcedentibus ẽ cõ
ceptio ſubſecuta: neqꝫ. n. ex virili ſemine ſan
cta virgo cõcepit. GRE. in ho. Myſtice au
tem naſcituro dño mũdus deſcribit̃: qꝛ ille ap
parebat i carne q electos ſuos aſcriberet i eter
nitate. AMB. Et dũ ꝓfeſſio ſecularis oſten
dit̃: ſpiritalis iplicat̃: nõ terraꝝ regi dicanda
ſed celi. ꝓfeſſio iſta fidei cẽſus aioꝝ ẽ. Abo/
leto. n. ſynagoge cẽſu vetuſto: nouus cenſus
eccleſie parabat̃. deniqꝫ vt ſcias cẽſum nõ au
guſti eẽ ſed chriſti: totus orbis ꝓfiteri iubet̃.
Quis aũt poterat ꝓfeſſionẽ toti⁹ orbis exige/
re: niſi q totius orbis hẽbat iperium: Nõ. n.
auguſti ſꝫ dñi ⁊ terra ⁊ plenitudo ei⁹. BE/
DA: Qui etiã vocabulũ auguſti ꝑfectiſſime
cõpleuit: vtpuͥta ſuos ⁊ augere deſiderans: ⁊
augere ſufficiens. THEO. Cõueniẽs etiã
erat: vt ꝑ chriſtũ cultus multorũ deorũ defice/
ret: ⁊ vnus deus coleret̃: vñ vnus rex orbi i
peraſſe deſcribit̃. ORI. Diligẽtius autem
inuenti ſacramentuꝫ quoddã videt̃ figurari:
ꝙ i toti⁹ orbis ꝓfeſſiõe deſcribi oportuit chri
ſtum: vt cũ oĩbus ſcriptus ſanctificaret oẽs: ⁊
cũ orbe relatus i cenſum cõmunionẽ ſui pre/
beret orbi. BEDA: Sicut aũt tũc iperante
auguſto ⁊ preſidente cyrino ibãt ſinguli i ſuã
ciuitatẽ vt profiterentur cenſum. ſic modo im
perãte chriſto ꝑ doctores eccleſie ꝑſides pro
fiteri debemus cẽſum iuſticie. AMB. Hec ẽ
ergo ꝑma profeſſio mentiũ dño cui omnes ꝓ
fitentur: nõ ꝑconis euocatione ſed vatis dicẽ
tis: oẽs gẽtes plaudite manib⁹. deniqꝫ vt ſci
ant cenſum eẽ iuſticie: venit ad cũ ioſeph et
maria: h eſt iuſtus ⁊ virgo. Jlle q verbũ ſer/
uaret: iſta q̄ pareret. BEDA: Ciuitas nr̃a
⁊ patria eſt btã ad quam creſcẽtibus quotidie
virtutibus ire debemus. Quotidie aũt ſancta
eccleſia ſuũ comitata doctorẽ de rota munda/
ne cõuerſationis qḋ galilea ſonat. i ciuitatẽ iu
da. ſ. cõfeſſionis ⁊ laudis aſcẽdẽs: incenſum
ſue deuotiõis regi eterno ꝑſoluit que i exem/
plo beate virginis marie cõcepit nos ꝟgo de
ſpũ: que alij quidem deſponſata ab alio fecũ/
datur: dum prepoſito ſibi pontifici viſibiliter
iungit̃: ſed inuiſibilis ſpũs virtute cumulat̃:
indicans ipſo nomine ꝙ inſtantia loquentis
magiſtri nil valet: niſi augmentuꝫ ſuperni iu
uaminis vt audiatur acceperit.

¶ Factum eſt autem cum eſſent ibi:
impleti ſunt dies vt pareret. Et pepe
rit filiũ ſuum primogenitum: ⁊ pannis
eum inuoluit: ⁊ reclinauit eum in preſe
pio: quia nõ erat ei locus i diuerſorio.

AMBRO. Breuiter ſanctus lucas ⁊ q̃
modo ⁊ quo tẽpore ⁊ quo loco ſm carnẽ chri
ſtus natus ſit: explicauit dicẽs: Factum eſt ã
cũ eſſent ibi: ipleti ſũt dies vt pareret. Quo/
modo gdẽ qꝛ nupta cõcepit: ſed virgo genera
uit. GRE. niſenus. Apparens enim vt ho
mo non per omnia legibus humane nature
ſubijcit̃: nã ꝙ ex muliere naſcit̃: humilitatem
redolet. Virginitas ꝟo que ortui deſeruiuit:
oſtendit q̄ꝫ tranſcẽderet hominem. Hui⁹ er
go iocũda portatio: ortus immaculatus: par
facilis: abſqꝫ corruptela natiuitas: nec ex li
xu incipiens: nec doloribus edita: qꝛ nãqꝫ ea
que nature noſtre morẽ per culpam inſerui
dãnata eſt: vt cum doloribus pareret: oporte
bat parentem vite cum gaudio partum perfi
cere. Eo autem tempore per incorruptionem
virgineam ad vitam tranſmigrat mortalitꝫ:
i quo diminui icipiunt tenebre: ⁊ nocturna i
menſitas exuberantia deficere cogit̃. Mox

enim peccati finem prauitatis attigerat: ſʒ de
cetero tendit ad nihilum propter vere lucis p̄
ſentiam que radijs euangelicis totum orbem
illuſtrauit. BEDA: Eo etiaʒ tempore digna
tus eſt incarnari: quo mox natus cenſu ceſa
ris aſcriberetur: atqʒ ob noſtri liberationem
ipſe ſeruitio ſubderetur. vnde etiam non ſo
lum propter iudicium regij ſchematis: ſʒ etiā
propter nominis ſacramentum dominus in
bethleem naſcitur. GRE. Bethleē quippe
domus panis interpretatur. Ipſe nanqʒ eſt q
ait: Ego ſum panis viuus qui de celo deſcen
di. Locus ergo in quo dn̄s naſcitur dom⁹ pa
nis antea vocabatur: qꝛ futurum erat vt ibi il
le per naturam carnis appareret: qui electorū
mentes interna ſatietate reficeret. BEDA:
Sed ⁊ vſqʒ ad conſūmationem ſeculi dn̄s in
nazareth concipi in bethleem naſci non deſi
nit: cum quilibet audientium verbum flore ſu
ſcepto domum in ſe eterni panis efficit quoti
die in vtero virginali: hoc eſt in animo credē
tium per fidem concipitur: per baptiſmum gi
gnitur. Sequitur: Et peperit filium ſuum p̄
mogenitum. HIERO. contra heluidiuʒ:
Ex hoc heluidius nititur approbare primoge
nitum dici non poſſe: niſi eum qui habeat ⁊
fratres: ſicut vnigenitus ille vocatur qui pa
rentibus ſit ſolus filius. Nos autem ita diffi
nimus: Vnigenitus eſt primogenitus. non
omnis primogenitus eſt vnigenitus. Prio
genitum non eſſe dicimus eum queʒ alij ſub
ſequuntur: ſed ante quem nullus: alioquin ſi
non eſt primogenitus niſi is quem ſequanꝭ ⁊
fratres tandiu ſacerdotibus primogenita nō
debentur: quādiu ⁊ alij fuerint procreati: ne
forte partu poſtea non ſequente vnigenitus
ſit ⁊ non primogenitus. BEDA: Eſt etiaʒ
vnigenitus in ſubſtantia diuinitatis: primo
genitus ſuſceptione humanitatis: primogeni
tus in gratia: vnigenitus in natura. HIE.
Cōtra heluidiū: Nulla aūt ibi obſtetrix: nul
la mulieicularum ſollicitudo interceſſit. Ipſa
pannis inuoluit īfantē: ipſa mater ⁊ obſtetrix
fuit. vnde ſequitur: Et pānis eū inuoluit. BE
DA: Qui totū mūdū vario veſtit ornatu pā
nis vilibus inuoluit: vt nos ſtolā primam re
cipere valeamus: p quē oia facta ſūt: manus
pedeſqʒ aſtringitꝛ: vt noſtras manus ad opus
bonū exercetet: pedeſqʒ ſint i viā pacis dire
cti. GRECVS. O admirabilē coartatio
nem ⁊ peregrinationem quam ſubijt qui con
tinet orbem: ab initio captat penuriam: ⁊ eam
in ſeipſo decorat: nimirum ſi voluiſſet veni
re poterat mouendo celum: concutiendo ter
ram: emittens fulmina: non autem ſic proceſ
ſit. non enim perdere ſed ſaluare volebat: ab
ipſis primordijs humanam conculcare ſup
biam atqʒ ideo non tantum homo fit: ſed etiā
homo pauper: ⁊ pauperem matrem elegit: q̄
caret his quibus natuʒ infantē reclinet. Se
quitur enim. Et reclinauit in preſepio. BE
DA: Duri preſepis anguſtia cōtinetur cui
celum ſedes eſt: vt nos per celeſtis regni gau
dia dilatet. Qui panis eſt angelorum in pre
ſepio reclinatur: vt nos quaſi ſancta anima
lia carnis ſue frumento reficiat. CYRIL.
Reperit etiam hominem factum beſtialem i
anima: ⁊ ideo in preſepio loco pabuli poni
tur: vt vitam beſtialem mutantes: ad conſo
nam homini perducamur ſcientiam: pertin
gentes non fenum: ſed panem celeſtem vite
corpus. BEDA: Qui autem ad dexteram
patris ſedet: in diuerſorio loco eget: vt nobis
in domo patris ſui multas manſiones prepa
ret. vnde ſequitur: Quod non erat ei locus i
diuerſorio. Naſcitur non in parentum do
mo: ſed in diuerſorio ⁊ in via: quia per icar
nationis myſterium via factus eſt: qua nos
ad patriam vbi veritate ⁊ vita fruemur addu
ceret. GREGORIVS. in homi. Et
vt oſtenderet: quia per humanitatem quam
aſſumpſerat: quaſi in alieno naſcebatur non
ſʒ ptātē: ſʒ ſʒ naturā. AM. Propꝭ te ḡ īfir
mitas i ſe potētia: propter te iopia i ſe opulē
tia. noli hoc eſtimare quod cernis: ſed quod
redimeris agnoſce. Plus domine ieſu iniu
rijs tuis debeo q̄ redemptus ſum: q̄ʒ opibus
q̄ creatus. Non prodeſſe naſci: niſi etiam re
dimi profuiſſet.

¶ Et paſtores erant in regione eadē
vigilantes: ⁊ cuſtodientes vigilias no
ctis ſuper gregem ſuum. Et ecce ange
lus domi ni ſtetit iuxta illos: ⁊ claritas
dei ci rcūfulſit illos: ⁊ timuerūt timore
magno. Et dixit illis āgelus: Nolite
timere. Ecce. n. euangelizo vobis gau

dium magnum quod erit omni popu/
lo q2 natus eſt vobis hodie ſaluator mū
di qui eſt chriſtus dominus in ciuitate
dauid. Et hoc vobis ſignū: Inuenie
tis infantem pannis inuolutum: ⁊ poſi
tum in preſepio.

AMBRO. Uidete quemadmodum diui
na curia fidem aſtruat. Angelus mariam: an
gelus ioſeph: angelus paſtores edocet. de q/
bus dicitur: Et paſtores erant in regione ea/
dem vigilantes ⁊ cuſtodientes vigiliam no/
ctis ſuper gregem ſuū. CHRY. Joſeph
quidem in ſomnis apparuit angelus: paſtori
bus autem viſibiliter quaſi rudioribus: non
autem angelus iuit hieroſolymam: non requi
ſiuit ſcribas ⁊ phariſeos: erant. n. corrupti: ⁊
pre inuidia cruciabant. Sed hi erāt ſynceri:
antiquam conuerſationē patriarchaꝝ ⁊ moy
ſi colentes. Eſt autem ſemita quedam ad phi
loſophiā perducens innocentia. BEDA.
in ho. Nuſq̄ aūt in tota veteris teſtamenti ſe
rie reperimus angelos qui tam ſedulo appa/
ruere patribus: cum luce apparuiſſe. Sꝫ hoc
priuilegium recte huic tempori eſt ſeruatum.
quando exortum eſt in tenebris lumen rectis
corde. vnde ſequitur: Et claritas dei circun/
fulſit illos. AMBRO. Ex vtero fundit:
ſed coruſcat a celo: terreno ī diuerſorio iacet:
ſed celeſti lumie viget. GRECVS: Ue
rū pauidi facti ſunt in miraculo. vnde ſequi
tur: Et timuerunt timore magno. Sed ange
lus cum pauor ingruerit: fugat ipſum. vnde
ſequitur: Et dixit illis angelus: nolite timere
non ſolum ſedat terrorem ſed etiam alacrita/
tem infundit. Sequit enim: Ecce enim euā.
vo. gau. ma. qđ erit omni populo. Non ſolū
populo iudeoꝝ ſed ēt oibus. Cauſa aūt gau/
dij oſtēdit: nouus ⁊ admirabilis partus ma
nifeſtat ex ipſis noibus. Nam ſequit: Quia
natus eſt nobis hodie ſaluator qui eſt chriſtꝰ
dñs: quoꝝ primū. i. ſaluator eſt actionis: ter/
tiū aūt. ſ. dñs maieſtatis. CYRIL. Sed
id quod in medio ponit. ſ. xps non naturam
ſignificat: ſꝫ hypoſtaſim cōpoſitā. In chriſto
. n. ſaluatore vnctōnē ſore celebratā fatemur:
non tñ figuralē ſicut olim in regibus ex oleo
quaſi ex ꝓphetica gratia: neqꝫ ad ꝑfectionem
alicuius negocij: iuxta illud eſaie: Hec dicit
dñs chriſto meo cyro. Qui quanq̄ eſſet ido/
latra: dictus ē chriſtus vt celeſti cēſura totam
occuparet babyloniꝫ prouinciam. Fuit aūt
vnctus ſaluator ſpirituſancto humanitus in
forma ſerui. vngens autem vt deus ſpiritu/
ſancto credentes in eum. GRECVS:
Huius autem natiuitatis ⁊ tempus oſtēdit:
cum dicit: Hodie. ⁊ locum cum ſubdit: In ci
uitate dauid. ⁊ ſigna cum ſubiungit: Et h̄ vo
bis ſignum: Inuenietis infantem pannis in
uolutum: ⁊ poſitum in preſepio. Ecce paſto/
ribus angeli paſtorem precipuum predicant
tanq̄ agnum in antro manifeſtatum ⁊ editū.
BEDA: Crebris autē infantia ſaluatoris
⁊ angelorum preconijs ⁊ euangeliſtarum no
bis eſt conculcata teſtimonijs: vt noſtris alti/
us cordibus quid pro nobis factum ſit infiga
tur. Et notandum ꝙ ſignum nati ſaluatoris
datur non tyrio exceptum oſtro: ſed pannis
ſqualentibus inuolutum: non in ornatis au/
ro ſtratorijs: ſed in preſepibus inueniendū.
MAXIMVS in ſermone natiui. Sed ſi
tibi panni fortaſſis vileſcūt: angelos collaudā/
tes admirare. Si preſepe deſpicis: erige pa/
rumper oculos: ⁊ nouam in celo ſtellam pro/
teſtantem mundo natiuitatem dominicam cō
tuere. Si credis vilia: crede mirifica. Si de
his que humilitatis ſunt diſputas: q̃ alta ſunt
celeſtia venerare. GREGO. in ho. My/
ſtice aūt ꝙ vigilantibus paſtoribus angelus
apparet: eoſq̄ claritas dei circunfulſit: hoc ē
ꝙ illi pre ceteris videre ſublimia merentur: q
fidelibus gregibus preeſſe ſollicite ſciūt: Dū
qꝫ ipſi pie ſuꝑ gregē vigilant: diuina ſuꝑ eos
latius gratia coruſcat. BEDA: in homi. Si
gnificant enim myſtice paſtores iſti gregum
doctores quoſq̄ ac rectores fidelium anima
rū. Nox cuius vigilias cuſtodiebāt ſuꝑ gre/
gē ſuū ꝑicula tentationū idicat a qbꝰ ſe ſuoſq̄
ſubiectos cuſtodire nō deſiſtūt. Et bene nato
dño paſtores ſuꝑ gregē vigilāt: q2 natꝰ ē q di
cit: Ego ſū paſtor bonus: ſꝫ ⁊ tps iminebat
quo idē paſtor oues ſuas q̃ diſpſe erāt: ad vi
te paſcua reuocaret. ORI. Ceterū ſi ad ſe
cretiorē oportet aſcēder itellectū: dicā quoſdā
fuiſſe paſtores angelos q res humanas rege
rēt. Et cū hoꝝ vnuſqſq̄ ſuā cuſtodiā ꝯſerua
ret: veniſſe angelū nato dño: ⁊ ānūciaſſe pa/
ſtoribꝰ ꝙ verꝰ eſſet paſtor eoꝝ. Angeli. n.
añ aduētū ſaluatoris: paꝫ poterāt commiſſis

ſibi vtilitatis afferre. Vix enim aliquis vnus
ex ſingulis gentibus credebat in deum: nunc
aūt populi accedunt ad fidem ieſu.

¶ Et ſubito facta eſt cū angelo mul-
titudo militie celeſtis: laudantium deū
⁊ dicentium: Gloria in altiſſimis deo
⁊ in terra pax hoībus bone volūtatis.

BEDA: Ne parua vnius angeli videret
auctoritas: poſtq̄ʒ vnus ſacramētū noue nati-
uitatis edocuit: ſtatim multitudo celeſtiū ag-
minum affuit. vnde dicit: Et ſubito facta eſt
cum āgelo multitudo militie celeſtis. Bene
chorus aduenieñs angelorum militie celeſtis vo-
cabulum accipit: qui ⁊ duci illi ī prelio qui ad
debellandas aereas ptātes apparuit humili-
ter obſecundat: ⁊ ipſe ptātes eaſdē cōtrari-
as ne mortales tātū tētare valeāt: quātuʒ vo-
lūt fortiter armis celeſtibus perturbat. q̄r ve-
ro deus ⁊ homo naſcitur: iure hoībus pax ⁊
deo gloria canit. vnde ſequit: Laudātiū de-
um ⁊ dicētium. Gloria ī altiſſimis deo. vno
angelo: vno euāgelizāte nūcio natū ī carne de-
um mox multitudo militie celeſtis in laudem
creatoris prorumpit: vt ⁊ chriſto deuotioneʒ
impendat ⁊ nos ſuo inſtruat exēplo: quotiēs
aliq̄s fratrum ſacre eruditionis verbum inſo-
nuerit: vel ipſi que pietatis ſunt ad mētem re-
duxerimus: deo ſtatī laudes corde ore ⁊ ope-
re reddamus. CHRY. Et olim quidē an-
geli ad puniēdum mittebātur: puta ad iſraeli-
tas: ad dauid: ad ſodomitas: ad gemitus con-
uallē: nunc econtra canūt ī terra gratias agen-
tes deo: eo q̄ ſuū deſcēſuʒ ad hoīes eis reſe-
rauit. GRE. xxviij. moraliū. Simul etiam
laudant q̄r redēptioni noſtre voces ſue exul-
tationis accōmodāt: ſimul etiā q̄r dum nos cō-
ſpiciunt recipi: ſuum gaudent numerum imple-
ri. BEDA: Optant etiam pacem hoībus
cum ſubdunt: ⁊ in terra pax hominibus. q̄r
quos īfirmos prius abiectoſq̄ʒ deſpexerant:
naſcēte in carne dn̄o iam ſocios venerantur.
CYRIL. Hec autem pax per chriſtū fcā
eſt. Recōciliauit eniʒ nos per ſe deo ⁊ patri:
culpam hoſtilem de medio auferēs: duos po-
pulos ī vnū hoīem pacificauit: ac celicolas et
terrenos in vnū gregeʒ cōpoſuit. BEDA:
Quibus aūt hoībus pacem poſcant: exponūt
dicētes: Bone volūtatis. eis. ſ. qui ſuſcipiūt
natū chriſtum. nō. n. eſt pax impijs: ſed pax
multa diligentibus nomē dei. ORI. Sed
diligēs lector īquirat q̄uo ſaluator dicat: Nō
veni pacem mittere ſuper terrā. ⁊ nūc angeli
de eius natiuitate cantāt: In terra pax homi-
nibus. ſed hoc q̄ pax eſſe dicit in hominibꝰ
bone volūtatis ſoluit queſtionem. pax enim
quam non dat dn̄s ſuper terraʒ: nō ē pax bo-
ne voluntatis. AVGV. xiij. de trinitate.
Pertinet enim iuſticia ad bonam volūtateʒ.
CHRY. Aſpice aūt mirādū pceſſū ange-
los ad nos deduxit prius: at deinde duxit ho-
minem ad ſuperna. factū eſt celum terra: cum
terrena deberet recipere. ORI. Myſtice
autem videbant angeli ſe opus quod eis cre-
ditū fuerat iplere nō poſſe abſq̄ʒ eo qui vere
ſaluare poterat: ⁊ medicinā ſuā īferiorem eē
q̄ʒ hoīum cura poſcebat. vnde ſicut ſi veniat
aliquis qui habeat ſummam in medicina no-
ticiam: ⁊ illi qui prius ſanari nequiuerant: cer-
nentes ad magiſtri manus putredines ceſſa-
re vulnerum: non inuideāt: ſed in laudes me-
dici erumpant: ⁊ dei qui ſibi egrotantibuſq̄ʒ
tante ſcientie hominem miſerit: multitudo an-
gelorum pro chriſti aduentu deuʒ laudent.

¶ In aurora. Luce ſecundo capi.

PAſtores loquebātur ad
inuicem: Tranſeamus
vſq̄ʒ bethleeʒ: ⁊ videamꝰ
hoc verbum quod factuʒ
eſt quod fecit dominus ⁊
oſtendit nobis. Et venerunt feſtinan-
tes: ⁊ inuenerunt mariam ⁊ ioſeph: ⁊ ī-
fantem poſitum in preſepio. Vidētes
autem cognouerunt de verbo: quod
dictum erat illis de puero hoc. Et oēs
qui audierūt mirati ſunt: ⁊ de his que
dicta erant a paſtoribꝰ ad ipſos. Ma-
ria auteʒ cōſeruabat omnia verba hec:
conferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt
paſtores glorificantes ⁊ laudantes deū
in omnibus que audierant ⁊ viderant:
ſicut dictum eſt ad illos.

GRECVS: Que viſa ſunt ⁊ relata ſtu-

porez ingeſſerunt paſtoribus: ⁊ ſic ouilia ſua
omiſerunt: ⁊ profecti ſunt nocte bethleē: lucē
indagantes ſaluatoris. vnde dicit̄: Et factum
eſt vt diſceſſerunt ab eis angeli i celum: paſto
res loquebātur adinuicē: Tranſeamus vſq̄
bethleem ⁊ vi. hoc ver. qđ fa. eſt. BEDA:
Vere quaſi vigilātes: non dixerūt videam⁹
puerum: ſed verbum quod factum eſt. i. ver
bum quod ſemper erat: videamus quomō
pro nobis caro factum eſt: ſiquidem hoc ipm
verbum dn̄s eſt. Sequitur eniz: Quod fecit
dn̄s: ⁊ oſ̄dit nobis. i. videam⁹ quomodo ver
bum ipſum ipſe ſe fecerit: ⁊ oſtēdit nobis car
nem ſuam. AMBRO. Vide q̄z ſingula/
riter ſcriptura ſingulorū libret momenta ver
borum. Etenim cum caro dn̄i videtur: videt̄
verbum: quod eſt filius. non mediocre fi/
dei tibi h̄ videatur exemplum: non vilis per/
ſona paſtorum. ſimplicitas. n. queritur: non
ambitio deſideratur. Sequitur: Et venerunt
feſtinantes nemo. n. cum deſidia chriſtum re
quirit. ORI. Quia vero feſtinantes vene
runt: ⁊ non pedetentim: Ideo ſequitur: Et i
uenerūt mariam. q̄. ſ. fudit ieſuz i partu. Et
ioſeph. ſ. diſpēſatorē ort⁹ dn̄ici. Et iſantē po
ſitū in p̄ſepio. ſ. ipſum ſaluatorē. BEDA:
Eſt āt iuſti ordinis: vt honore digno celebra
ta verbi incarnatione: ad ipſam quādoq̄ ver
bi gloriam itueādam pertigatur. vn̄ ſequitur:
Videntes autem cogno. de verbo quod dcm̄
erat illis de puero hoc. GRECVS: Oc/
culta. ſ. fide felicia relata cōuictes: nec conten
ti de veritate ſtupere que primitus viderāt ⁊
perceperant angelo nunciāte: nō ſolum ma/
rie ⁊ ioſeph promebāt: ſed etiam ceteris: ⁊ qđ
eſt amplius eorum mētibus infigebant. vn/
de ſequitur: Et omnes qui audierunt mirati
ſunt: ⁊ de his que dicta erant a paſtoribus ad
ipſos. Quomodo enim non erat mirandum
videre celicolam i terrenis: ⁊ terram pace cō
ciliari celeſtibus: ⁊ ieffabilē illum ifantulum
numine quidem celeſtia: humanitate vero ter
reſtria cōnectētem adiuicem: ⁊ ſui compagi/
ne fedus mirādum p̄ſtātem. GLO. Nec
ſolum mirātur de icarnationis myſterio: ſed
etiam de tanta paſtorum atteſtatione: qui fin/
gere inaudita neſcirēt: ſed ſimplici facundia
vera p̄dicarēt. AMBRO. Nec contē/
nēda putes quaſi verba vilia prophetarum a
paſtoribus: ⁊ maria colligit fidem. vnde ſeq/
tur: Maria autem conſeruabat omnia verba
hec conferens in corde ſuo. Diſcamus ſan/
cte virginis in omnibus caſtitatem: que non
minus ore pudica q̄z corpore: argumenta fi/
dei conferebat in corde. BEDA. in hom.
Virginalis enim pudicitie iura cuſtodiens:
ſecreta criſti q̄ nouerat nemini diuulgare vo/
lebat: ſed conferebat ea que facienda legerat
cum his que iam facta cognouit; non ore pro
mens: ſed clauſo in corde cuſtodiēs. GRE
CVS: Quicquid etiam ei retulerat angel⁹:
quicquid a paſtoribus audierat: cūncta cōge/
rebat in mente ⁊ ad inuicez comparans: vnā
in omnibus mater ſapientie cernebāt concor
diam: vere deus erat qui natus erat ex ea.
ATHA. Singuli autem in chriſti natiui/
tate exultabāt non humanitus ſicut in puero
nato ſoliti ſunt homines congaudere: ſed in
chriſti p̄ſentia ⁊ lucis diuine fulgore. vnde
ſequitur: Et reuerſi ſunt paſtores glorifican/
tes ⁊ laudantes deum in omnibus que audie
rant. BEDA. ſ. ab angelis. Et viderāt. ſ.
in bethleem ſicut dictum eſt ad illos. i. in hoc
glorificant q̄ non aliud venientes inuenerāt
q̄z dictum eſt ad illos: ſiue ſicut dictum eſt ad
illos: gloriam deo laudeſq̄ referunt. Etenim
hoc illis facere dictum eſt ab angelis non qui
dem verbo imperantibus: ſed formaz ſue de
notionis offerentibus: cū deo in excelſis glo/
riam reſonarent. BEDA. in ho. Myſtice
autem intellectualium paſtores gregum: im/
mo cuncti fideles exemplo horum paſtorum
tranſeant cogitatione vſq̄ in bethleem: ⁊ in/
carnationem chriſti dignis celebrent hono/
bus. Tranſeamus autem abiectis concupiſcē
tijs carnalibus toto mentis deſiderio: vſq̄ in
bethleem ſupernam. i. domuz panis viui: vt
quem illi in preſepio videre vagientem: nos
in patris ſolio mereamur videre regnantem.
Non eſt autem tanta beatitudo cum deſidia
ac torpore querenda: ſed alacriter ſunt chriſti
ſequenda veſtigia. Videntes autem cogno/
uerunt. Et nos que dicta ſūt de ſaluatore no/
ſtro plena dilectione feſtinemus amplecti: vt
hoc in futuro perfecte cognitionis viſu com/
p̄hēdere valeamus. BEDA: ſuper lucā:
Dominici etiaz gregis paſtores p̄cedentiū
patrum vitam in qua panis vite ſeruatur qua
ſi bethleem portus contemplando ſubeunt:
nihilq̄ in hac aliud reperiunt: q̄z virginalem

ecclesie pulchritudinem quaſi mariam: virilē
ſpiritalium doctorum cetum: quaſi ioſeph: et
humilem chriſti aduentum ſcripture paginis
ſacre inſertum: quaſi in preſepio poſituz chri/
ſtum infantem. ORI. Uel preſepe illud
iſrael erat ſcḋm illud eſaie: Cognouit bos poſ/
ſeſſorem ſuum: ⁊ aſinus preſepe domini ſui.
BEDA in homi. Non celauere autem ſi/
lentio paſtores que agnouerant: quia eccleſie
paſtores in hoc ordinati ſūt: vt que in ſcriptu
ris didicerunt, auditoribus oſtendant. BE/
DA ſuper lucam: Magiſtri etiam ſpiritali/
um gregum modo ceteris dormientibus cō/
templando celeſtia ſubeunt: modo fideliū exē
pla querendo circūeunt: modo ad publicum
paſtoralis officij docendo reuertuntur. BE/
DA in homi. Unuſquiſqꝫ etiam qui priua
tus viuere creditur: paſtoris officium tenet:
ſi bonorum actuum cogitationumqꝫ munda/
rum aggregans multitudinem: hanc iuſto
moderamine gubernare ſcripturarum pa/
ſtu nutrire: ⁊ contra demonum inſidias ſer/
uare contendit.

¶ Ad maiorem miſſaz. Joannis pri
mo capi.

In principio erat verbū.
CHRY. Omnibus alijs
euangeliſtis ab incarnatione
incipientibus: ioannes tranſ
currens conceptionem: natiui
tatem: educationem, augmen/
tationē: mox de eterna nobis generatiōe nar
rat dicēs: In principio erat verbū. AUG.
lxxxiij. que. Quod grece logos dicitur: lati/
ne ⁊ rationem ⁊ verbum ſignificat: ſed hoc lo/
co melius verbum interpretatur: vt ſignifice/
tur non ſolum ad patrem reſpectus: ſed ad il
la etiam que per verbum facta ſunt operati/
ua potentia. Ratio autem ⁊ ſi nihil per eam fi
at: recte ratio dicitur. AUG. ſup io. Quo/
tidie autem dicendo verba viluerunt nobis:
quia ſonando ⁊ tranſeundo viluerūt. Eſt ver
bum ⁊ in ipſo homine quod manet intus. nā
ſonus procedit ex ore. Eſt verbum quod ve/
re ſpecialiter dicitur illud quod intelligis de
ſono: non ipſe ſonus. AUG. xv. de trini.
Quiſquis autem poteſt intelligere verbum:
non ſolum anteqꝫ ſonet: verum etiam anteqꝫ
ſonorum eius imagines cogitatione voluan/
tur: iam poteſt videre per hoc ſpeculum atqꝫ
in hoc enigmate aliquam verbi ſimilitudinē:
de quo dictum eſt: In principio erat verbuz.
Neceſſe eſt enim cum id quod ſcimus loqui/
mur: ex ipſa ſcientia quam memoria tenemꝰ
naſcatur verbum: quod eiuſmodi ſit omnino
cuiuſmodi eſt illa ſciētia de qua naſcitur. For
mata quippe cogitatio ab ea re quam ſcimus
verbum eſt: quod in corde dicimus: quod nec
grecum eſt: nec latinum: nec lingue alicuius.
Sed cum id opus eſt in eorum quibus loqui
mur proferre noticiam: aliquod ſignum quo
ſignificetur aſſumitur. Proinde verbum qḋ
foris ſonat: ſignum eſt verbi quod intus la/
tet cui magis verbi competit nomen. nam il/
lud quod profertur carnis ore: vox verbi eſt:
verbumqꝫ ⁊ ipſuz dicitur propter illud a quo
vt foris appareat ſumptū eſt. BASI. i ho.
Hoc autem verbum nō eſt humanum ver/
bum. Quomodo enim erat in pricipio huma
num verbum: vltimo loco accipiēte hominē
generatiōis pricipium: nō igitur i principio
ꝟbū erat humanū: ſed nec āgelorū. Omis. n.
creatura ifra ſe ſeculorū terminos ē: a creato/
re eſſendi ſumēs ꝑncipiū. Sed audi euange/
lium decenter. Ipſum enim vnigenitum ver
bum dixit. CHRY. Si autem quis dixe/
rit cur pr̄em dimittēs: mox nobis de filio lo/
quitur: Quoniam ille quidem manifeſtꝰ oī/
bus erat: ⁊ ſi nō vt pater: ſed vt deus: vnige/
nitus autem ignorabatur: ideo decēter eam q̄
de iſto ē cognitionem confeſtim i initio ſtudu
it imponere his qui neſciebant eum: ſed neqꝫ
patrem in his que de filio ſunt ſermonibꝰ ta/
cuit. Propter hoc āt ⁊ ꝟbū eū vocauit. Qr. n.
docturꝰ erat q̄ hoc ꝟbū vnigenitꝰ ē filiꝰ dei vt
ñ paſſibilē eſtimet qs gn̄ationē ꝑueniēs ꝟbi
nūcupatiōe: deſtruit ꝑniciosā ſuſpitionē eē ex
deo filiū ipaſſibilit oñdēs. Secūda vo rō ē:
quia ea que ſūt patris nobis annūciare debe/
bat. nō ſimpliciter vero eum verbuz dixit: ſꝫ
cum articuli adiectione a reliquis ipſum ſepa
rās. Cōſuetudo enim eſt ſcripture verba vo
care leges dei ⁊ precepta. hoc autem verbuz
ſubſtantia quedam eſt hypoſtaſis ens: ex ipō
ꝑueniēs ipaſſibilit pr̄e. BASI. Quare igr̄
ꝟbū qr ipaſſibilit natū ē: qr ē generātis ima/
go totum in ſeipſo generātem demonſtrans

nihil inde ſeparans: ſed in ſeipſo perfectum
exiſtens. AVGV. xv. de trini. Sicut eni
ſcientia noſtra illi ſcientie dei: ſic ⁊ noſtrum
verbum quod naſcitur de noſtra ſcientia: diſ
ſimile eſt illi verbo dei: quod natum eſt de pa
tris eſſentia. Tale eſt autem acſi dicerẽ de pa
tris ſcientia: de patris ſapientia: vel quod eſt
expreſſius de patre ſcientia: de patre ſapiētia.
Verbum ergo dei patris vnigenitus filius:
per omnia patri ſimilis ⁊ equalis: hoc enim ē
omnino quod pater: non tamen pater qꝛ iſte
filius: ille pater. ac ꝑ hoc nouit oia q̄ nouit pa
ter: ſi ei noſſe de patre eſt: ſicut eſſe: noſſe eniꝫ
⁊ eſſe ibi vnum eſt: ⁊ ideo patri: ſicut eſſe non
eſt a filio: ita nec noſſe. Proinde tanq̄ꝫ ſeip/
ſum dicens: pater genuit verbum ſibi equale
ꝑ oia. non enim ſeipſum integre ꝑfecteq́ꝫ di/
xiſſet: ſi aliquid minus aut amplius eſſet i eiꝰ
verbo q̄ꝫ in ſeipſo. Noſtrum autem verbum
interius qđ inuenimus eſſe vtcūq́ꝫ illi ſimile:
q̄ꝫtū ſit ēt diſſimile nō pigeat intueri. Eſt. n.
verbū mentis noſtre q̄ñq́ꝫ formabile nonduꝫ
formatū qđē mētis noſtre: qđ hac atq́ꝫ hac vo
lubili quadā motione iactamꝰ: cū a nobis nūc
id nunc illud: ſicut inuentū fuerit vel occurre
rit cogitaꝛ: ⁊ tunc fit verū verbū: qñ illud qđ
nos diximus volubili motione iactare ad id
qđ ſcimus ꝑuenit atq́ꝫ ide formaꝛ: eius oīmo
dā ſimilitudinē capiens: vt quō res queq́ꝫ ſci
tur: ſic ēt cogiteꝛ. Quis nō videat q̄ꝫta ſit hec
diſſimilitudo ab illo dei verbo qđ i forma dei
ſic eſt vt nō añ fuerit formabile poſtq̄ꝫ forma
tum: non aliqñ poſſit eſſe īforme: ſꝫ ſit forma
ſimplex ⁊ ſimplicit̄ equalis ei: de quo ē. Qua
propter ita dꝛ illud dei verbū vt dei cogitatio
nō dicaꝛ: ne aliqđ eſſe quaſi volubile dicaꝛ in
deo qđ nūc habeat nūc accipiat formā vt ver/
bū ſit eāq́ꝫ poſſit amittere atq́ꝫ informiter quo
dāmodo voluitari. AVGV. de ver. dñi.
Eſt. n. verbū dei forma quedā non formata:
ſed forma oīum formaꝝ forma incōmutabi/
lis: ſine lapſu: ſine d̄fectu: ſine tp̄e: ſine loco:
ſuperans oia: exiſtens in oībus: fundamētū
quoddā in quo ſunt: ⁊ faſtigiū ſub quo ſunt.
BASI. Habet autem ⁊ verbum noſtrum
exterius diuini verbi ſimilitudinem quandaꝫ
nam noſtrum verbum totam declarat mentis
conceptioneꝫ: que nanq́ꝫ mente concipimus:
ea verbo proferimus. Et quidem cor noſtrū
quaſi fons quidam eſt: verbū vero ꝓlatū qua
ſi qdā riuulus manans ex ipſo. CHRY.
Conſidera ēt in euangeliſta prudentiā ſpiri/
talē: nouerat hoies id qđ antiquius ē: ⁊ qđ ē
ante omnia maxime honorantes ⁊ ponentes
deum: propter hoc primuꝫ dicit principium:
In principio inquit erat verbum. ORI.
Plura autēꝫ ſunt ſignata ab hoc nomine p̄n
cipium. Eſt enim principium: ſicut itineris ⁊
longitudinis: ſꝫm illud: Initiuꝫ boni itineris
iuſtorum exercitium. eſt autem principium ⁊
generationis: iuxta illud: Hoc eſt principiuꝫ
creature domini ſed etiam deum non enormi
ter aſſeret aliquis omnium principium. Illud
etiam ex quo ſicut ex preiacente materia alia fi
unt: principium eſt penes eos qui credunt il
lam ingenitam. Eſt etiam principiuꝫ ſꝫm ſpe
ciem: ſicut chriſtus principium eorum eſt qui
ſꝫm imaginem dei formati ſunt: eſt etiam pri
cipium diſcipline: ſꝫm illud: Cum deberetis
eſſe magiſtri propter tempus: rurſus indige
tis vt doceamini que ſunt elemēta exordij ſer
monum dei. Duplex enim eſt documentū pri
cipium: hoc quidem natura: hoc vero quo ad
nos: vt ſi dicatur initium ſapientie fore. Na
tura quidem chriſtum inquantum ſapientia ⁊
verbum dei eſt: quo ad nos vero inquantum
verbum caro factum eſt. tot igitur ſignificatis
ad preſens nobis de principio occurrentibus
poteſt accipi illud: ex quo quod eſt agēs. Cō
ditor enim chriſtus eſt velut principium: ſꝫm
quod ſapientia eſt vt verbuꝫ in principio qua
ſi in ſapientia ſit. plura enim bona de ſaluato
re dicuntur. velut igitur vita in verbo eſt: ſic
verbum in principio. i. in ſapientia erat. Cō
ſidera vero ſi poſſibile eſt ſꝫm hoc ſignificatuꝫ
accipere nos principium: prout ſꝫm ſapienti/
am: ⁊ exempla que in ea ſunt ſiūt omnia: vel
qꝛ principium filij pater eſt: ⁊ principiuꝫ crea
turarum ⁊ omnium entium per illud: In pri
cipio erat verbum: verbum filium intelligas
in principio. i. in patre dictuꝫ fore. AVG.
vi. de tri. Aut in principio ſicut dictum ē: acſi
diceret ante omnia. BASI. Preuidit eniꝫ
ſpirituſſanctus futuros quoſdam inuidentes
glorie vnigeniti qui preferrēt ſophiſmata ad
ſubuerſionem auditorum: quia ſi genitus ē:
non erat: ⁊ antēq̄ꝫ genitus eſſet: non erat: ne
igitur talia garrire preſumant: ſpirituſſanctꝰ
ait: In principio erat verbum. HYLA. ii.
de trini. Tranſeunt tempora tranſcendunt ſe

cula: tolluntur etates: pone aliquod quod vo
les tue opinioni principium: non tenes tem/
pore: erat enim vnde tractatur. CHRY.
Sicut autem quis cuz ſtat in naui ſecus litt⁹:
videt ciuitates ⁊ portus. cum vero eum aliqs
in medium pelagi duxerit a prioribus quidez
deſiſtere facit: non tamē alicubi defigit ei ocu
lum: ita euangeliſta hic ſuper omnez nos du/
cens creaturam: ſuſpenſum dimittit oculum:
non dans ſuſpicere aliquem finez ad ſuperio
ra: hoc enim in principio erat: ſemper ⁊ infi/
nite eſſendi ſignificatiuuz eſt. AVGV. de
ver. domini. Sed dicunt: Si filius eſt: nat⁹
eſt. hoc fatemur. adiungunt deinde ſi natus ē
patri filius: erat pater anteqꝫ ei filius naſcere
tur: hoc reſpuit fides: ergo ait: Rationem mi
hi redde: quomodo ⁊ filius naſci potuit patri
vt coeuus eſſet ei a quo natus ē. Poſt patrez
enim naſcitur filius vtiqꝫ patri morituro ſuc
ceſſurus. ſimilitudines adhibēt de creaturis:
⁊ nobis laborandum eſt vt ⁊ nos inueniam⁹
ſimilitudines earum reruz quas aſtruimus.
Sed quid poſſumus in creatura inuenire co
eternum: quando in creatura nil inuenimus
eternum? Sed ſi poſſunt inueniri hec duo co
eua generans ⁊ generatum: ibi intelligimus
eterna. Ipſa quidem ſapientia dicta eſt in ſcri
pturis candor lucis eterne: dicta eſt imago pa
tris. Hinc capiamus ſimilitudinem: vt inue
niamus coeua: ex quibus intelligamus coeter
na. Nemo autem dubitat ꝙ ſplendor de igne
exit. ponamus ergo ignem patrez illius ſplē
doris: mox quidem vt lucernaz accendendo:
ſimul cū igne ⁊ ſplendor exiſtit. Da mihi hic
ignem ſine ſplendore: ⁊ credo tibi patrem ſi/
ne filio fuiſſe. Imago exiſtit de ſpeculo: homi
nis intuentis ſpeculum exiſtit imago mox vt
aſpector extiterit: ſed ille qui inſpicit erat ante
qꝫ accederet ad ſpeculuz. Ponamus ergo ali
quid natum ſuper aquam: vt virgultum aut
herbam: nonne cuz imagine ſua naſcitur? Si
ergo ſemper eſſet virgultum: ſemper eſſet ⁊
imago de virgulto: quod autem de alio ē vti/
qꝫ natum eſt. Poteſt ergo ſemper eſſe gene/
rans ⁊ ſemper cum illo quod de eo natum ē.
Sed dicet aliquis: ecce intellexi eternum pa/
trem coeternum filium: tamen ſicut effuſum
ſplendorem minus igne lucentez: aut ſicut ef
fuſam imaginem minus qꝫ virgultum exiſtē
tem: dicimus: non: ſed equalitas omnimodo
eſt. non credo ait: quia non inueniſti ſimilitu/
dinem. Fortaſſis autem inuenimus in creatu
ra quomodo intelligamus filium ⁊ coeternuz
patri: ⁊ nequaqꝫ minorem: ſed non illud poſ
ſumus inuenire in vno genere ſimilitudinū.
Iungamus ambo genera: vnuz vñ ipſi dant
ſimilitudines. ⁊ alteruz vnde nos dedimus.
dederunt eni illi ſimilitudines ex his que pre
ceduntur tempore ab his a quibus naſcūtur:
ſicut homo de homine: ſed tamē homo: ⁊ ho
mo eiuſdem ſubſtantie. Laudamus ergo in
iſta natiuitate equalitatem nature: deeſt equa/
litas temporis. In illo autem genere ſimilitu
dinum quod nos dedimus de ſplēdore ignis
⁊ de imagine virgulti equalitatem nature nō
inuenis: inuenies coeuitatem. Totū ergo ibi
quod hic ex partibus ſingulis ⁊ rebus ſingu
lis inuenitur. ⁊ non hoc ſolum quod in crea/
turis totuz inuenio ibi: ſed tanqꝫ in creatore.
EX geſtis concilij epheſini. Propterea ali/
cubi quidem filiuz appellat patris: alicubi au
tem ſplendorez vocat ſcriptura diuina ſingu/
la horum nominum de ipſo dicens: vt intelli
gas ea que de chriſto dicuntur eſſe circa bla/
ſphemiam: quia enim tuus filius eiuſdem ti/
bi nature ſit volens ſermo oſtendere vnam
ſubſtantiam patris ⁊ filij dicit filium patris q
ex eo natus eſt vnigenitus. Deinde quoniaz
natiuitas ⁊ filius apud nos oſtentationez pre
bent paſſionis: ideoqꝫ hunc filium appellat ⁊
verbum impaſſibilitatem natiuitatis eius no
mine iſto demonſtrans. Sed quoniam pater
quiſpiam factus vt homo indubitanter ſeni/
or filio ſuo demonſtratur: ne hocipſum etiam
de diuina natura putares ſplendorem vocat
vnigenitum patris. Splendor enim naſcitur
quidem ex ſole: non autez intelligitur ſole po
ſterior. Coexiſtere ergo ſemper patri filium
ſplendor tibi denunciet: impaſſibilitatem na/
tiuitatis oſtendat verbum conſubſtantialitatē
filij nomen inſinuet. CHRY. Sed dicūt
illi quoniam hoc. ſ. in principio: non eternita/
tem oñdit ſimpliciter: Etenim ⁊ de celo iſtud
⁊ de terra dictum eſt: In principio inquit fe/
cit deus celum ⁊ terram. ſed quid commune
habet erat ad fecit? ſicut enim quod eſt: cum
de homine quidem dicitur: tempus preſens
ſignificat tantum. Cum autez de deo id quod
eſt ſemper ⁊ eternaliter ita ⁊ erat. De noſtra
quidem cum dicitur natura: preteritum ſigni

ficat tempus: cum autem de deo eternitatem
oſtendit. ORIGE. in ho. Sum enim ver
bum duplicem habet ſignificationem: aliquā
do enim temporales motus ſm analogiā alio
rum verborum declarat: aliquando ſubſtanti
am vniuſcuiuſqꝫ rei de qua predicatur ſine tē
porali motu vllo deſignat: ideo ⁊ ſubſtantiuū
vocatur. HYLA. ij. de tri. Reſpice igitur
ad mundum: intellige quid de eo ſcriptum ē:
In principio fecit deus celum ⁊ terram. Fit
ergo in principio quod creatur ⁊ etates conti/
nent quod in principio cōtinet vt fieret. Pi/
ſcator autem illiteratus indoctus: liber a tem/
pore: ſolutus a ſeculis eſt: vicit omne principi
um: erat enim quod eſt: neqꝫ in tempore ali/
quo concluditur vt ceperit quod erat potius ī
principio q̄ꝫ fiebat. ALCVI. Contra eos
ergo qui propter temporalem natiuitatem di/
cebant chriſtuꝫ non ſemper fuiſſe: incipit euā
geliſta de eternitate verbi dicens: In princi/
pio erat verbum.

¶ Et verbum erat apud deum.

CHRY. Quia maxime dei hoc eſt propri
um eternum ⁊ ſine principio eſſe: hoc primuꝫ
poſuit: deinde ne quis audiens. In principio
erat verbum. ingenitum verbum dicat: con/
feſtim hoc remouit dicens: Et verbum erat
apud deum. HYLA. ij. de tri. Sine prin/
cipio enim eſt apud deum: ⁊ qui abeſt a tem/
pore: nō abeſt ab auctore. BASI. Rurſus
hoc dicit propter blaſphemantes quod non
erat: vbi ergo erat verbum: non in loco incir
cunſcriptibilia continentur ſed vbi erat apud
deum: neqꝫ pater loco neqꝫ filius circunſcri/
ptione aliqua continentur. ORI. Vtile eſt
etiam inducere ꝙ verbum dicitur ad aliquos
fieri: puta ad oſee vel iſaiam aut hieremiam:
ad deum autem non fit: quaſi prius non ens
apud ipſum. ex eo igitur ꝙ iugiter eſt in eo di
citur: Et verbum erat apud deum: quia nec a
principio a patre ſeparatus eſt. CHRY.
Non etiam dixit: In deo erat: ſed apud deuꝫ
erat: eam que ſm hypoſtaſim eius eternitateꝫ
nobis oſtendens. THEO. Videtur auteꝫ
mihi ꝙ ſabellius ex hoc dicto ſubuerſus eſt.
Ipſe enim dicebat ꝙ pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus/
ſanctus vna ē pſona q̄ aliqn̄ vt pr̄ appuit: ali
qn̄ vt filiꝰ: aliqn̄ vt ſpiritusſanctꝰ. Manifeſte
vero confunditur ex hoc verbo: Et verbum
erat apud deum. Hic enim euangeliſta aliuꝫ
declarat eſſe filium: alium deum. ſ. patrem.

¶ Et deus erat verbum.

HYLA. ij. de tri. Dicens verbum ſonus
vocis eſt: enunciatio negociorꝫ ⁊ elocutio co
gitationum: hoc verbuꝫ in principio apud de
um erat: quia ſermo cogitationis eternus eſt:
cum qui cogitat ſit eternus: ſed quomodo in
pricipio erat: qđ neqꝫ ante tempus neqꝫ poſt
tempus eſt? Et neſcio an ipſum poſſit eſſe in
tempore. Loquentium enim ſermo neqꝫ ē an
teqꝫ loquantur: ⁊ cum locuti erunt: non erit.
In eo enim ipſo ꝙ loquuntur: duꝫ finiuntiā
non erit id vnde ceperunt. Sed ſi primā ſen
tentiam rudis auditor admiſeras: In princi/
pio erat verbum: de ſequenti quid quereris:
Et verbum erat apud deuꝫ? Nunquid audie
ras de deo vt ſermonem recondite cogitatio/
nis acciperes: aut fefellerat ioannem quid eſ
ſet momenti inter ineſſe ⁊ adeſſe. Id enim qđ
in principio erat: non in altero eſſe: ſed cum
altero predicatur. ſtatum igitur verbi ⁊ nomē
expecta. dicit nanqꝫ: Et deus erat verbum.
Ceſſat ſonus vocis ⁊ cogitationis eloquiuꝫ.
Verbum hic res eſt non ſonus: natura non
ſermo: deus non inanitas ē. HYLA. vij.
de trini. Simplex autem nuncupatio eſt ⁊ ca
ret offendiculo affectionis aliene. ad moyſen
dictum eſt: Dedi te deum pharaoni: ſed nun
quid non adiecta nominis cauſa eſt: cum dici
tur pharaoni? Moyſes enim pharaoni deus
datus eſt: dum timetur: dum oratur: dum pu
nit: dum medetur. Et aliud eſt deum dari: ⁊
aliud deum eſſe. Memini quoqꝫ ⁊ alterꝰ nū
cupationis vbi dicitur: Ego dixi dij eſtis: ſꝫ
in eo indulti nominis ſignificatio eſt. Et vbi
refertur ego dixi: loquentis potius ſermo eſt
q̄ꝫ rei nomen. cum autem audio: Et deꝰ erat
verbum: non dictum ſolum audio verbum:
ſed demonſtratuꝫ eſſe intelligo quod deus ē.
BASI. Sic igitur excludens accuſationem
blaſphemantium querentium quid eſt verbū
reſpondet: Et deus erat verbuꝫ. THEO.
Vel aliter cōtinua: Poſtqꝫ verbū erat apud
deum: manifeſtum eſt ꝙ due perſone erant

quanuis vnā natura duabus exiſtat vnde di/
citur: Et deus erat verbum: ita vt vna natu/
ra ſit patri ⁊ filio: cum ſit vna deitas. ORI
GE. Adijciendum etiaȝ ꝙ verbum in eo ꝙ
ſit ad prophetas illuſtrat prophetas ſapientie
lumine apud deum vero eſt verbū obtinens
ab eo ꝙ ſit deus. vnde prelocauit hoc quod ē:
Verbum erat apud deum: ei quod eſt deus
erat verbuȝ. CHRY. Et non vt plato hic
quidem intellectum quendaȝ: hic vero animā
mundi eſſe dicens. hec enim procul ſunt a di
uina natura ſed dicunt: pater cum articuli ad/
iectione dictus eſt deus filius auteȝ ſine hac.
quid ergo apoſtolus dicit: Magni dei ⁊ ſal/
uatoris noſtri ieſu chriſti. ⁊ rurſus: Qui eſt
ſuper omnia deus. ſed ⁊ romanis ſcribens
dicit: Gratia vobis ⁊ pax a deo patre noſtro
ſine adiectione articuli: aliterqȝ ⁊ ſuperfluum
erat hic apponere ſuperius continue adiectuȝ
non igitur ⁊ ſi non eſt adiectus filio articulus
propter hoc filius minor deus eſt.

❡ Hoc erat in principio apud deuȝ.

HYLA. ij. de trini. Quia dixerat: Deus
erat verbum: trepido in dicto: ⁊ me inſolens
ſermo commouit: cum vnum deuȝ prophete
nunciauerūt: ſed ne quo vltra trepedatio mea
progredi poſſit reddit ſacramenti tanti piſca/
tor diſpenſationem: ⁊ refert ad vnuȝ omnia:
ſine contumelia: ſine abolitione: ſine tempore
dicens: Hoc erat in pricipio apud deū apud
vnum ingenituȝ deum: exquo ipſe vnus vni
genitus deus eſt predicatur. THEO. Et
rurſus ne ſuſpitio diabolica aliquos contur/
baret: ne forte cum verbum deus ſit: inſurre
xerit contra patrem: vt aliqui fabulantur gen
tilium: ⁊ ſeparatus a patre fuerit ipſi patri cō
trarius dicit: Hoc erat in principio apud de/
um. q. d. hoc dei verbum nunquam a deo ex
titit ſeparatuȝ. CHRY. Vel ne audiens:
In principio erat verbum: eū eternum quidē
eſtimes: ſeniorem vero ſpacio aliquo patris
vitam ſuſcipias induxit: Hoc erat in princi/
pio apud deum. non enim fuit vnqȝ ſolitari⁹
ab illo ſed ſemper deus apud deum erat: vel
quia dixerat: Deus erat verbum: vt non eſti
met quis minorem eſſe deitatem filij: conſe/
ſtim cognoſcitiua ꝓprie deitatis ponit: ⁊ eter
nitatem aſſumens cum dicit: Hoc erat in p̄n
cipio apud deum. ⁊ hoc factum eſt adijciens:
Omnia per ipſum facta ſunt. ORI. Vel
aliter. Poſtqȝ premiſerat tres propoſitiones
euangeliſta reſumit tria in vnū dicens: Hoc
erat in principio apud deum. In primo enim
trium didicimus: in quo erat verbum: quia i
principio erat: in ſecundo apud quē: q2 apud
deum in tertio quid erat verbum: quia deus
velut ergo demonſtrans verbum predictum
deum: per hoc ꝙ dicit hoc: ⁊ colligens in pro
poſitionem quartam: hoc quod eſt: In princi
pio erat verbum ⁊ verbum erat apud deum:
⁊ deus erat verbum: ait: Hoc erat in princi/
pio apud deum. Querat autem aliquis: cur
non eſt dictum: In principio erat verbuȝ dei:
⁊ verbum dei erat apud deū: ⁊ deus erat ver
bum dei. Quiſquis autem vnicam veritateȝ
fatebitur eſſe: palam eſt quoniam ⁊ demon/
ſtratio eius que eſt ſapientia vna ē. Sed ſi ve
ritas vna ⁊ ſapientia vna: verbum quoqȝ qđ
veritatem enunciat ſapientiam expandit i his
qui ſuſceptibiles ſunt: vnum ſiquidem erit.
nec hoc dicimus inficiantes verbuȝ dei fore:
ſed oſtendentes vtilitatem omiſſionis huius
vocabuli dei. Ipſe quoqȝ ioannes in apoca/
lyp. dicit: Et nomen eius verbum dei. AL
CVI. Qualiter autem ponit ſubſtantiuum
verbum erat: vt intelligeres omnia tempora
preueniſſe coeternū deo patri v̄bū.

❡ Omnia per ipſum facta ſunt.

ALCVI. Poſtqȝ dixit de natura filij: de
operatione eius ſubiungit dicens: Omnia ꝑ
ipſum facta ſunt ideſt quicquid eſt ſiue in ſub
ſtantia ſiue in aliqua proprietate. HYLA.
ij. de trini. Vel aliter: Erat quidem verbum
in principio ſed potuit non eſſe ante principi/
um. ſed quid ille: Omnia ꝑ ipſuȝ facta ſunt.
Infinitum eſt per quod fit omne quod factuȝ
eſt. ⁊ cuȝ ab eo ſint omnia: ⁊ tempus ab eo ē.
CHRY. Moyſes qđē icipiēs ſcripturaȝ
veteris teſti de ſenſibilibus nobis loqt̄: ⁊ hoc
enumerat ꝑ multa: In ꝓncipio. n. ait fecit de/
us celum ⁊ terram. deinde inducit: quoniam
⁊ lux facta eſt: ⁊ firmamentum: ⁊ ſtellarū na/

tare:⁊ genera animalium. Euangeliſta ve/
ro hec omnia excedens vno verbo compre/
hendit: vt cognita auditoribus ad altiorē feſti
nans materiam totū hunc librum inſtituens
nō de operibus:ſed de conditore. AVG.
i. ſuper geneſim ad litteram: Cum enim dicit
tur: Omnia per ipſum facta ſunt. ſatis oſten
ditur ⁊ lux per ipſum facta:cum dixit deus:
Fiat lux. ⁊ ſimilr̄ de alijs:quod ſi ita ē eternū
eſt:quod ait deus fiat lux quia verbuꝫ dei: de
us apud deuꝫ patri coeternus eſt:q̄uis crea/
tura tēporalis facta ſit. Cum enim verba ſint
temporis cum dicimus:quādo ⁊ aliquando:
eternum tamen eſt in verbo dei:quando ali/
quid fieri debeat:⁊ tunc fit quādo fieri debuiſ
ſe in illo verbo eſt:in quo non eſt quando et
aliquando quoniam totum illud verbum eter
num eſt. AVG. ſuper ioan. Quādo ergo
poteſt fieri vt verbum dei factum ſit:quando
deus per verbum fecit omnia:ſi ⁊ verbū ipꝫ
factum eſt per quod aliud verbum factum ē?
Si hoc dicis quia eſt verbum verbi:ꝑ quod
factum eſt illud:ipſum dico ego vnigenitum
filium dei. ſi autem nō dicis verbum dei:cō/
cede non factum verbum per quod facta ſunt
omnia. AVG. i. de tri. Et ſi factuꝫ nō eſt:
creatura non eſt:ſi autem creatura nō eſt eiuſ
dem cum patre ſubſtātie eſt:omnis enim ſub
ſtātia que deus nō eſt:creatura eſt:⁊ que crea
tura non eſt:deus eſt. THEO. Solēt au/
tem arriani dicere ꝙ ſicut per ſerram oſtiū fie
ri dicimus:quaſi per organum:ſic ⁊ per filiū
omnia facta fuiſſe dicunt:nō ꝙ ipſe ſit factor:
ſed organum:⁊ ſic facturam aiūt filium tanq̄
factum ad hoc vt per euꝫ omnia fierēt. Nos
autem ad huiuſmodi fictores mendacij ſimpli
citer reſpondemus. ſi enim vt dicitis pr̄ creaſ
ſet ad hoc filium: vt eo tanq̄ organo vterer̄ vi
deretur ꝙ in honorabilior ſit filius q̄ꝫ que fa/
cta ſūt:ſicut ea que per ſerram ſunt facta: ipo
organo nobiliora exiſtunt. nam ſerra propter
ipſa facta eſt:ſic ⁊ propter ipſa que facta ſūt:
vt aiunt pater creauit filium: tanquaꝫ nō debe
ret deus cuncta creare nequaq̄ filium produ/
xiſſet:quid his verbis inſanius? ſed aiunt: q̄
re nō dixit ꝙ omnia verbum fecit:ſed vſus ē
hac prepoſitione per:ne filium ingenitum in
telligeres ⁊ ſine principio ⁊ dei conditorem.
CHRY. Sed ſi prepoſitio per:conturbat
te:⁊ queris i ſcriptura ꝙ ipſum verbum oia
faceret. audi dauid: Initio tu dn̄e terram fun
daſti:⁊ opera manuum tuarum ſunt celi. Qđ
aūt hoc de vnigenito dixerit adiſces ab apo/
ſtolo vtente hoc verbo in epiſtola ad hebreos
de filio. Si vero de patre hoc prophetam di/
xiſſe dicis: Paulum vero filiū adoptaſſe idē
fit rurſus. Neqꝫ eniꝫ id filio conuenire dixiſ
ſet:niſi vehementer conſideret:quoniam que
ſunt dignitatis cohonorabilia ſunt vtriqꝫ. Si
rurſus ꝑ prepoſitio aliquam ſubiectionem ti/
bi videtur inducere:cur paulus eam de patre
ponit? Fidelis inquit dn̄s: per quem vocati
ſumus i ſocietatem filij eius. Et iterum pau/
lus apoſtolus per voluntatem dei. ORI.
Errauit etiam in hoc valentinus:dicens ver
bum eſſe ꝙ mundane creationis preſtitit cām
creatori:ſed ſi ſic ſe habet veritas rerum pro/
ut ipſe intelligit:oportebat ſcriptum fore per
creatorem vniuerſa conſiſtere a verbo:nō au
tem econtra per verbum a creatore.

¶ Et ſine ipſo factum eſt nihil.

CHRYSOSTOMVS. Ut nō exi
mes cum dicit: Omnia per ipſuꝫ facta ſunt:
illa omnia ſolum dicere eum:que a moyſe di/
cta ſunt:conuenienter inducit: Et ſine ipſo fa
ctum eſt nihil ſiue viſibile quid ſiue intelligi/
bile. Vel aliter: Ne hoc quod dixit: Omnia
per ipſuꝫ facta ſunt: de ſignis ſuſpiceris nūc
dici:de quibus reliqui euangeliſte locuti ſunt
inducit: Et ſine ipſo factū eſt nihil. HYL.
Vel aliter dicetur hoc quod dicitur: Omnia
per ipſum facta ſunt. non habet modum: eſt
ingenitus qui factus a nemine eſt: eſt ⁊ ipſe
genitus ab innato:reddidit auctorem cum ſo
cium profeſſus eſt dicens: Sine ipſo factum
eſt nihil cum enim nihil ſine eo intelligo: nō
eſſe ſolum:quia alius eſt per quem alius ſine
quo non. ORIGE. in homel. Vel aliter:
Ne exiſtimares ea que per verbum facta ſūt
per ſe exiſtentia non contenta a verbo ait: Et
ſine ipſo factum eſt nihil. hoc eſt:nihil factuꝫ
eſt extra ipſum:quia ipſe ambit omnia con/
ſeruans ea. AVG. de que. no. ⁊ ve. teſta.
Vel dicens Sine ipſo factum eſt nihil:nul/
lo modo ipſum facturam eſſe ſuſpicari debe
re edocuit. Quomodo enim poteſt dici: Ipſe
eſt factura cum nihil dicatur deus ſine ipſo fe
ciſſe. ORIG. ſuper ioan. Vel aliter: Si
omnia per verbum facta ſūt: de numero ꝯo
oium eſt malitia ⁊ totus fluxus peccati:⁊ hoc

per verbum facta ſunt: ꝛ hoc eſt falſum. quã
tum igitur ad ſignificata Nihil ꝛ nõ ens vnũ
ſunt. Videtur autẽ apoſtolus non entia pra
ua dicere: Vocat inquit deus ea que nõ ſunt
tanq̃ ea que ſunt. Totaq̃ prauitas nihil dici
tur duz abſq̃ verbo facta eſt. AVGV. ſu
per ioan. Peccatum enim non per ipſum fa
ctum eſt: ꝛ manifeſtum eſt: quia peccatum ni
hil eſt: ꝛ nihil fiunt homines cuz peccant. Et
idolum non per verbum factum eſt: habet q
dem formam quandam humanam: ꝛ ipſe ho
mo per verbum factus eſt. Sed forma homi
nis in idolo non per verbuz facta eſt. ſcriptũ
eſt enim: Scimus ꝙ nihil ẽ idolum: ergo iſta
non ſunt facta per verbum. ſed quecunq̃ fcã
ſunt naturaliter: vniuerſa natura rerum: om
nis omnino creatura ab angelo vſq̃ ad ver
miculum. ORI. Valentinus autem exclu
ſit ab omnibus per verbum factis que ſunt i
ſeculis facta que credit ante verbum extitiſſe:
preter euidentiam loquens. ſiquidem que pu
tantur ab eo diuina: remouentur ab omnib9:
que autem velut ipſe putat penitus deſtruun
tur: vere dicuntur omnia. quidam enim fal
ſo: dicunt diabolum non eſſe creaturam dei:
inquantuz enim diabolus eſt: creatura dei nõ
eſt. Is autem cui accidit eſſe diaboluz: diuina
eſt creatura: acſi diceremus homicidam crea
turam dei non eſſe: qui tamen in eo ꝙ homo
eſt: creatura dei eſt. AVGV. de natura bo
ni. Non autem ſunt audienda delyramenta
hominum: qui Nihil hoc loco liquid intelli
gendum eſſe putant: quia ipſum nihil in fine
ſententie poſitum eſt nec intelligunt nihil in
tereſſe vtrum dicatur: Sine ipſo nihil factuz
eſt: an ſine ipſo factum eſt nihil. ORI. Si
accipiatur verbuz pro eo quod in quolibet ho
minum eſt: quia ꝛ ipſum inſitum eſt cuilibet
ab eo quod in principio erat verbum: etiaz ſi
ne hoc verbo nihil committimus ſimpliciter
accipiendo quod dicitur: Nihil. ait enim apo
ſtolus ꝙ ſine lege peccatum mortuum erat ad
ueniente vero mandato peccatum reuixit: nõ
enim reputatur peccatum lege non exiſtente:
ſed nec peccatum erat non exiſtente verbo: qꝛ
dominus dicit: Si non veniſſem ꝛ eſſez illis
locutus peccatum non haberent. quelibet. n.
excuſatio deficit volenti dare reſponſum de
crimine: dum verbo preſente ac iudicante qd
eſt agendum non obedit quis illi: nec propter
hoc inculpandum eſt verbum: ſicut nec magi
ſter per cuius diſciplinaz non remanet locus
excuſationis diſcipulo delinquenti velut de
ignorantia. omnia ergo per verbũ facta ſunt:
non ſolum naturalia ſed etiam que ab irratio
nalibus fiunt.

¶ Quod factum eſt in ipſo vita erat.

BEDA. Quia euangeliſta dixit omnẽ crea
turam factam eſſe per verbum: ne quis forte
crederet mutabilem eius voluntatem quaſi q
ſubito vellet facere creaturam quam ab eter
no nunq̃ ante feciſſet: ideo docere curauit. fa
ctam quidem creaturam in tẽpore: ſed in eter
na creatoris ſapientia: quando ꝛ quos crearet
ſemper fuiſſe diſpoſitum. vnde dicit: Quod
factuz eſt in ipſo vita erat. AVGV. ſuper
io. Poteſt autem ſic punctari: Quod factum
eſt i ipſo. ꝛ poſtea dicatur: Vita erat. ergo to
tum vita eſt: ſi ſic pronunciauerimus. qd eniz
non in illo factum eſt. ipſe eſt enim ſapientia
dei. ꝛ dicitur in pſalmo: Omnia in ſapientia
feciſti: omnia igitur ſicut per illum: ita in illo
facta ſunt. ſi ergo quod in il lofactum eſt vita
ẽ: ergo ꝛ terra vita ẽ: ꝛ lapis vita ẽ. ĩhoneſtũ
eſt ſic intelligere: ne nobis ſubrepat ſecta ma
nicheorum ꝛ dicat: quia habet vitam lapis: ꝛ
habet vitam paries. ſolent enim iſta delyran
tes dicere: ꝛ cum reprehenſi fuerint ac repul
ſi: quaſi de ſcripturis proferunt dicentes: vt
quid dictum eſt: Quod factum eſt in ipſo vi
ta erat. Pronuncia ergo ſic. Quod factuz ẽ:
hic ſubdiſtingue ꝛ deinde infer: In ipſo vita
erat. Facta eſt eniz terra: ſed ipſa terra que fa
cta eſt non eſt vita. eſt autem in ipſa dei ſapiẽ
tia ſpiritaliter ratio quedam qua terra facta ẽ.
hec vita eſt. ſicut arca in omni opere non eſt
vita: arca in arte vita eſt: quia viuit anima ar
tificis. ſic ergo quia ſapientia dei per quam fa
cta ſunt omnia: ſm artem cõtinet omnia que
fiunt per ipſaz artem: non hec continuo ſunt
vita: ſed quicquid factum eſt: vita eſt in illo.
ORIGE. in ho. Poteſt autem ꝛ ſic diſti
gui ſine errore: Quod factuz eſt in ipſo. ꝛ po
ſtea dicatur: Vita erat: vt ſit ſenſus: Omnia
que per ipſum: ꝛ in ipſo facta ſunt: in ipſo vi
ta ſunt: ꝛ vnum ſunt. Erant enim: hoc eſt in
ipſo ſubſiſtunt cauſaliter: priuſq̃ ſint in ſeip
ſis effectiue. Sed ſi queris: quomodo ꝛ qua
ratione omnia que per verbum facta ſunt: in
ipſo vitaliter ꝛ vniformiter ꝛ cauſaliter ſubſi

ſunt: accipe exempla ex creaturarum natura.
Conſpice quomodo omnium rerū quas mū
di huius ſenſibilis globoſitas comprehēdit:
cauſe ſimul ⁊ vniformiter in iſto ſole q eſt ma
ximum mundi luminare ſubſiſtunt: quomo/
do numeroſitas herbarum ⁊ fructuum in ſin
gulis ſeminibus ſimul continetur: quomodo
multiplices regule in arte artificis vnū ſunt:
⁊ in animo diſponentis viuunt: quomodo in
finitus linearū numerus in vno puncto vnū
ſubſiſtit. ⁊ huius naturalia perſpice exempla:
ex quibus velut phyſice theorie pennis pote/
ris arcana verbi mentis acie inſpicere: ⁊ quā
tum datur humanis rationibus videre quo/
modo omnia que per verbum ſunt facta: i ip
ſo viuunt ⁊ facta ſunt. HILA. Vel aliter
poteſt legi: In eo ꝙ dixerat: Sine ipſo factuꝫ
eſt nihil: poſſet aliquis perturbatus dicere: ē
ergo aliquid per alterum factum quod tamen
non ſit ſine eo factum: ⁊ ſi aliquid per alteruꝫ:
licet non ſine eo iam non per eum omnia: qꝛ
aliud eſt feciſſe: aliud eſt interueniſſe faciēti.
Enarrat ergo euāgeliſta quid non ſine eo fa/
ctum ſit dicens: Quod factum eſt in eo. hoc
igitur non ſine eo quod in eo factum eſt. nam
id quod in eo factum eſt etiam per eum factuꝫ
eſt. omnia enim ꝑ ipſuꝫ ⁊ in ipſo creata ſunt.
In ipſo autem creata qꝛ naſcebatur creatoꝛ de
us: ſed ex hoc ſine eo nihil factum eſt: quia na
ſcens deus vita erat: ⁊ qui vita erat: non po/
ſteaqꝫ natus erat factus eſt vita. nihil ergo ſi/
ne eo fiebat ex his que in eo fiebant: quia vita
eſt in quo fiebant: ⁊ deus qui ab eo natus eſt:
non poſteaqꝫ natus eſt: ſed naſcēdo quoqꝫ ex
titit. CHRY. Vel aliter: Nō apponem⁹
finale punctum vbi dicitur: Sine ipſo factuꝫ
eſt nihil: ſm hereticos. Illi eniꝫ volentes ſpi
ritumſanctum creatuꝫ dicere aiunt: Quod fa
ctum eſt in ipſo vita erat. ſed ita non poteſt i
telligi. primum quidem neqꝫ tempus erat hic
ſpiritusſancti meminiſſe. ſed ſi de ſancto ſpiri
tu hoc dictum eſt: age. ſed eoruꝫ interim lega
mus modum ita enim nobis hoc inconueni/
ens erit. cum enim dicitur: Quod factum eſt
in ipſo vita erat: ſpiritumſanctum dicunt di/
ctum eſſe vitam: ſed vita hec ⁊ lux inuenitur
eſſe. Inducit enim: Vita erat lux hominum:
quo circa ſm eos lucem omnium hunc ſpiri/
tum dicit. quod autem ſuperius verbum di/
xit: hic conſequenter ⁊ deum ⁊ vitam ⁊ lucem
nominat. Verbum autem caro factum ē. erit
igitur ſpiritusſanctus incarnatus: non filius
ideo dimittentes hunc modum legendi ad de
centem veniamus lectionem ⁊ expoſitioneꝫ:
hec autem eſt cum dicitur: Omnia per ipſum
facta ſunt: ⁊ ſine ipſo factuꝫ eſt nihil quod fa
ctum eſt. ibi quieſcere fac ſermonem. deinde
ab ea que deinceps eſt dictione incipe que di/
cit: In ipſo vita erat. ac ſi dicat: Sine eo factū
eſt nihil quod factum eſt. i. factibilium. vides
qualiter hac breui adiectiōe omnia correxit ſu
peruenientia inconuenientia. Inducens eniꝫ
ſine eo factuꝫ eſt nihil: ⁊ adijciens: Quod fa
ctum eſt: ⁊ intelligibilia comprehendit: ⁊ ſpi/
ritumſanctum excepit. Spiritus enim ſanct⁹
factibilis non eſt. hec igitur que dicta ſunt de
conditione rerum dixit ioannes. Inducit au/
tem ⁊ eum qui eſt de prouidentia ſermonem
dicens: In ipſo vita erat: quemadmodum in
fonte qui generat abyſſos: ⁊ in nullo minora
tur fons ita ⁊ in operatione vnigeniti quecun
qꝫ credas per euꝫ facta eſſe non minoꝛ ipſe fa
ctus eſt. nomen autem vite hic non ſolum cō
ditionis eſt: ſed ⁊ prouidentie rerum: que eſt
ſm permanentiam earum cum autem audis
qm̄ in ipſo vita erat ne compoſituꝫ eſtimes ſi
cut enim pater habet vitaꝫ in ſeipſo: ita dedit
⁊ filio vitam habere. ergo ſicut patrem nō vti
qꝫ dices cōpoſitum eſſe: ita nec filiū. ORI.
Vel aliter. Opoꝛtet ſcire ꝙ ſaluatoꝛ quedam
dicitur non ſibi eſſe ſed alijs: quedam vero ⁊
ſibi ⁊ alijs. In hoc ergo ꝙ dicitur Quod fa/
ctum eſt in verbo vita erat. ſcrutanduꝫ eſt: an
ſibi ⁊ alijs vita eſt: vel alijs tm̄. ⁊ ſi alijs: qui/
bus alijs? idem autem eſt vita ⁊ lux. Lux au/
tem hominum eſt. ſit itaqꝫ hominuꝫ vita quo
rum eſt lux. ⁊ ſic in eo ꝙ dicitur vita: ſaluatoꝛ
non ſibi ſed alijs. hec quidem vita verbo pre
exiſtenti aderit: ex eo ꝙ expiata a peccatis ani
ma fit ſerena: vita īſeratur ei: qui verbi dei ſe
ſuſceptibilem ſtatuit. vnde verbum quidem i
principio non dixit factuꝫ. non enim erat quā
do principium verbo careret: Vita autem ho
minum non ſemper erat in verbo: ſed hec vi
ta hominum facta eſt eo ꝙ vita eſt lux homi/
num: cuꝫ enim homo non erat: nec lux homi
num erat: luce ſm habitudinem ad homines
intellecta. ⁊ ideo dicit: Quod factuꝫ eſt in ver
bo: vita erat: non auteꝫ quod erat in verbo vi
ta erat. Inuenitur autem alia littera non incō

grue habens: Quod factuz eſt in eo vita eſt.
Si autem intelligamus vitam hominuz que
in verbo ſit eum eſſe qui dixit: Ego ſuz vita.
fatebimur neminem infidelium chriſti viue/
re: ſed cunctos eſſe mortuos qui non viuunt
in deo.

¶ Et vita erat lux hominum.

THEO. Dixerat: In ipſo vita erat: ne pu
tares ꝙ abſqꝫ vita ſit verbum: ſed vita ſit ſpi
ritalis ⁊ lux rationalibus cunctis vnde dici/
tur: Et vita erat lux hominuz. q. d. lux iſta nõ
eſt ſenſibilis ſed intellectualis illuminans ip
ſam animam. AVGV. ſuper io. Ex ipſa
enim vita illuminantur homines: pecora non
illuminantur: quia non habent rationabiles
mentes: que poſſint videre ſapientiaz. homo
autem factus ad imaginem dei: habet rationa
lem mentem per quam poſſit percipere ſapiẽ
tiam: ergo illa vita per quã facta ſunt omnia:
lux eſt: ⁊ non quorumcunqꝫ animalium ſed
hominum. THEO. Non autem dixit lux
eſt ſolum iudeis: ſed omnium hominũ. Om
nes enim homines inquantum intellectum ⁊
rationem recepimus ab eo quod nos condi/
dit verbo intantuz ab eo illuminari dicimur:
nam ratio nobis tradita per quam rationales
dicimur: lux eſt ad operanda nos dirigens ⁊
non operanda. ORI. Non eſt autem pre/
mittendum ꝙ vitam premittit luci hominuz:
inconſequens enim erat illuminari non viuẽ
tem: ⁊ aduenire illuminationi vitam. ſi autez
idem eſt: Vita erat lux hominum: ꝙ ſolũ ho
minum erit chriſtus lux atqꝫ vita ſolorum ho
minum: hoc autem opinari hereticuz eſt. Nõ
igitur quicquid dicitur aliquorum illorum ſo
lum eſt. Scriptum eſt enim de deo ꝙ ſit deus
abraam iſaac ⁊ iacob: non tamen iſtorum tan
tum patrum dictus eſt deus: non ergo ex eo
ꝙ dicitur: Lux hominum. excluditur quin ſit
aliorum: alios vero continẽs eo ꝙ eſt: Facia
mus hominem ad imaginem noſtram: quic/
quid ad imaginem ac ſimilitudinem dei factũ
eſt intelligi debet per hominez. Sic igitur lux
hoĩuz lux cuiuſlibet rationalis creatura eſt.

¶ Et lux in tenebris lucet ⁊ tenebre
eam non comprehenderunt.

AVGV. ſuper ioan. Quia vita illa ẽ lux
hominum: ſed ſtulta corda capere iſtam lucez
non poſſunt: quia peccatis ſuis aggrauãtur:
vt eã videre non poſſint: ne ideo cogitẽt qua/
ſi abſentem eſſe lucem: quia eam videre non
poſſunt. Sequitur: Et lux in tenebris lucet:
⁊ tenebre eam non comprehenderunt. Quo/
modo enim homo poſitus in ſole cecus pre/
ſens eſt illi ſol: ſed ipſe ſibi abſens eſt: ſic om
nis ſtultus cecus eſt: ⁊ preſens eſt illi ſapien
tia. Sed cum ceco preſens eſt: oculis eius ab
ſens eſt: non quia illa ipſi abſens ẽ: ſed quia
ipſe abſens eſt ab illa. ORI. Tenebre autẽ
huiuſmodi hominum non natura ſunt: ſm il
lud pauli: Eramus aliquando tenebre: nunc
autem lux in domino. ORI. in hom. Vel
aliter: Lux in tenebris fidelium animaruz lu
cet a fide inchoans: ad ſpem trahens. Impe/
ritorum vero cordium perfidia ⁊ ignorantia
lucem verbi dei in carne fulgentis non com
ꝓhenderunt: ſꝫ iſte ſenſus moralis eſt. Phy
ſica vero horum verborum theoria talis eſt:
humana natura ⁊ſi nõ peccaret ſuis proprijs
viribus lucere non poſſet. Non enim natura
liter lux eſt: ſed particeps lucis capax ſiquidez
ſapientie eſt: non ipſa ſapientia. Sicut ergo
aer per ſemetipſum non lucet: ſed tenebrarũ
vocabulo nuncupatur: ita noſtra natura dum
per ſeipſam conſideratur quedam tenebroſa
ſubſtantia eſt: capax ac particeps lucis ſapien
tie: ⁊ ſicut aer dum ſolares radios participat:
non dicitur per ſe lucere ſed ſolis ſplendor ĩ
eo apparere ita ratõabilis noſtre nature pars
dum preſentiam verbi dei poſſidet: non per
ſe res intelligibiles ⁊ deum ſuum ſed per in/
ſitum ſibi diuinum lumen cognoſcit. Lux ita
qꝫ in tenebris lucet: quia dei verbum vita: ⁊
lux hominum in noſtra natura que per ſe in/
ueſtigata ⁊ conſiderata informis quedam te/
nebroſitas inuenit: lucere non deſinit. ⁊ quo
niam ipſa lux omni creature eſt incomprehen
ſibilis: Tenebre eam non comprehenderũt.
CHRY. Vel aliter: Totum ab illo loco:
Et vita erat lux hoĩum: ꝓmũ nos de cõditiõe
docuerat: deĩde dicit: ⁊ q̃ ſm aĩaz bona ꝓbuit
nobis veniẽs ꝟbũ. vñ dicit: Et vita erat lux
hoĩum. Nõ dic̃: Lux iudeorũ: ſꝫ vniuerſaĩr
hominum. nõ enim iudei ſolum: ſꝫ ⁊ gẽtiles
ad hanc venerunt cognitionem. Non autem
adiecit Et angelorum: quoniam et de natura
humana ſermo e ſt qbus verbũ venit euãgeli

zans bona. ORI. Querunt autem quare ſi
verbum lux hominum dictum eſt: ſed vita q̄
in verbo fit? quibus reſpondemus: quia vita
que ad preſens: non ea que cōis eſt rationaliū
⁊ irrationalium dicitur ſed que adiungit̄ ver/
bo quod in nobis fit per participationem ver
bi primarij ad diſcernendum apparentē vi/
tam ⁊ non veram ⁊ cupiendam veram vitā.
Prius ergo participamus vitam que apud
quoſdam quidem eſt potentia non actu lux: q
ſcilicet non ſunt auidi perquirere que ad ſciē
tiam pertinent: apud quoſdā vero ⁊ actu lux
efficitur: qui ſm apoſtolū emulātur dona me
liora. ſ. verbum ſapientie. ſi tamen ⁊ tunc idē
eſt vita ⁊ lux hominum: nullus manens i te/
nebris perfecte viuere comprobatur: nec qſ/
qꝫ viuentium conſiſtit in tenebris. CHR.
Vita enim adueniente nobis ſolutum ē mor
tis imperium: ⁊ luce lucente nobis non vltra
ſūt tenebre: ſed ſemper manet vita quā mors
ſuperare non poteſt: nec tenebre lucem. vnde
ſequitur: Et lux in tenebris lucet. Tenebras
mortem ⁊ errorem dicit. nam lux quidē ſenſi
bilis nō in tenebris lucet: ſed ſine illis. Pre
dicatio vero chriſti in medio erroris regnan/
tis fulſit: ⁊ eum diſparere fecit: ⁊ in vitā mor
tem fecit mortuus chriſtus: ita eam ſuperans
vt eos qui detinebantur reduceret. Quia igi
tur neqꝫ mors eam ſuperauit: neqꝫ error: ſed
fulgida eſt eius predicatio vbiqꝫ: ⁊ lucet cum
propria fortitudine: ꝓpterea ſubdit: Et tene/
bre eam non comprehen. ORI. Eſt etiam
ſciendum ꝙ ſicut lux hominum nomē ē dua/
rum ſpiritualium rerum: ſic ⁊ tenebre. Dici/
mus enim hominum lucem poſſidentē ope/
ra lucis perficere: ⁊ etiam cognoſcere quaſi il
luſtratum lumine ſcientie. ⁊ econtrario tene/
bras dicimus illicitos actus: ⁊ eam que vide/
tur ſcientia: non eſt autem. Sicut autē pater
lux eſt ⁊ in eo tenebre non ſunt vlle: ſic ⁊ ſal/
uator. Sed quia ſimilitudinem carnis peccati
ſubijt: non incongrue de eo dicitur ꝙ tenebre
in eo ſunt alique: ipſo in ſe ſuſcipiēte nr̄as te
nebras vt eas diſſiparet. Hec igitur lux que
facta eſt vita hominum: radiat in tenebris aīa
rum noſtrarum: ⁊ venit vbi ꝑnceps tenebra/
rum harum cū genere bellat humano. Hāc
lucem perſecute ſunt tenebre: quod patet ex
his que ſaluator ⁊ eius filij ſuſtinent: pugnā
tibus tenebris contra filios lucis. Verū qa

deus patrocinatur non inualeſcunt. vnde nō
apprehendunt lucem. vel quia celeritatē cur
ſus lucis ſubſequi non valent propter ꝓꝓ/
am tarditatem. vel quia ſi ſuperuenientē ex/
pectant: fugantur luce appropiquāte. Opor/
tet autem id conſiderare ꝙ non ſemper tene/
bre in ſiniſtra parte ſumuntur: ſed quandoqꝫ
in bona ſm illud pſalmi: Poſuit tenebras la
tibulum ſuum: dum ea que ſunt erga deum
ignota ⁊ imperceptibilia ſūt. De hac ergo lau
data caligine dicam: quoniam verſus lucem
pergit: illamqꝫ apprehēdit: quia quod erat ca
ligo dum ignorabatur: in lucem cognitā ver
titur ei q didicit. AVGV. x. de ciui. dei.
Hoc autem initium ſancti euangelij quidam
platonicus aureis litteris perſcribendū: ⁊ ꝑ
omnes eccleſias in locis eminentiſſimis pre/
ponendum eſſe dicebat. BEDA. Nā alij
euangeliſte chriſtum in tempore natū deſcri/
bunt. Joannes vero eundem in principio te/
ſtatur fuiſſe dicens: In principio erat verbū.
Alij inter homines eum ſubito apparuiſſe cō
memorant: ille ipſum apud deum ſemper fu
iſſe teſtat̄ dicens: Et verbum erat apud deū.
Alij eum verum hominem: ille verum con/
firmat deum dicens: Et deus erat verbum.
Alij hominem apud homines eum tempora
liter conuerſatum: ille deum apud deum i ꝑn
cipio manētē oñdit dicēs: Hoc erat i princi/
pio apud deum. Alij magnalia que in homi/
ne geſſit perhibent: ille ꝙ omnem creaturam
per ipſum deꝰ pater fecerat docet dicēs: Oia
per ipſum facta ſūt: ⁊ ſine ipſo factū ē nihil.

¶ Fuit homo miſſus a deo: cui nomē
erat ioannes: hic venit in teſtimoniū:
vt teſtimonium perhiberet de lumine:
vt omnes crederent per illū. Nō erat
ille lux: ſed vt teſtimonium perhiberet
de lumine.

AVGV. Ea que dicta ſunt ſuperiꝰ de di/
uinitate chriſti dicta ſūt: qui ſic venit ad nos:
ſꝫ ꝙ apparuit homo. Quia igitur ſic erat ho
mo vt lateret in illo deus: miſſus eſt ante illū
magnus homo: per cuius teſtimonium inue/
niretur pluſqꝫ homo: ⁊ quis eſt hic? Fuit ho/
mo. THEO. Non angelus vt ſuſpitionē
multorum deſtrueret. AVGV. Et quo/
modo poſſet iſte verum de deo dicere: Miſ/
ſus a deo. CHRY. Nihil de reliquo hu/

manum eſſe eſtima eorum que dicuntur ab il
lo;non enim que eius ſunt: ſed que mittẽtis
oia loquitur: ideo ⁊ angelus nuncupatus eſt
a propheta dicente: Ego mitto angeluꝫ meũ.
Angeli enim virtus eſt nihil ꝓprium dicere.
Hoc aũt quod dicit: Fuit miſſus nõ eiꝰ q ad
eſſe ꝓceſſus oſtenſiuum eſt. Sicut aũt iſaias
miſſus fuit: nõ aliunde ꝙꝫ a mũdo: ſed a ſta/
tu quo vidit dñm ſedẽtẽ ſuper ſolium excel/
ſum ⁊ eleuatum ad plebem: ſic ⁊ ioãnes a de
ſerto ad baptizandum mittiꝭ. Ait enim: q mi
ſit me baptizare ille mihi dixit: Super quẽ vi
deris ⁊c̃. AVG. Quid vocabaꝭ: cui nomẽ
erat ioannes. ALCVI .i. gratia dei vel in
quo ẽ gratia: q gratiam noui teſtamẽti .i. xp̄m
ſuo teſtimonio primũ mundo innotuit. Vel
ioannes interpretaꝭ cui donatum eſt: quia per
gratiã dei donatũ eſt illi: regem regũ: non ſo
lum precurrere: ſed etiaꝫ baptizare. AVG.
Quare venit? Hic venit in teſtimonium vt
teſtimoniũ ꝑhiberet de lumie. ORI. Qui
dam improbare nituntur edita de chriſto teſti
monia ꝓphetarum dicentes: Non egere teſti
bus dei filium habentem credulitatis ſufficiẽ
naꝫ: tuꝫ in his que protulit ſalubribꝰ verbis:
tum in mirabilibus operibus ſuis. Siquidẽ
⁊ moyſes credi meruit per verbum ⁊ virtu/
tes: non egens ꝓuijs teſtibus. Ad hoc dicen
dum eſt ꝙ multis exiſtentibus cauſis inducẽ
tibus ad credẽduꝫ: plerũqꝫ quidam ex hac de
monſtratione nõ admirantur: ex alia Ꝟo hñt
cauſam vt credant. Deus autem eſt qui ꝓ cũ/
ctis hominibus homo factus eſt. Cõſtat igiꝭ
quoſdam ex dictis ꝓpheticis ad chriſti admi/
rationem coactos: mirantes tot ꝓphetaruꝫ añ
eius aduẽtũ vocẽ: cõſtituẽtes natiuitatis eius
locum ⁊ alia huiuſmodi. Illud quoqꝫ aduer/
tendũ ꝙ ꝓdigioſe virtutes ad credenduꝫ pro
uocare poterant eos qui tempore xp̄i erant: ñ
autem poſt longa tempora nen fabuloſa que
dam eſtimata fuerunt plus enim peractis vir
tutibus facit ad credulitatem que cum virtuti
bus queritur prophetia. Eſt autem ⁊ tale qd
dicere: ꝙ quidam in hoc ꝙ teſtimonium pre/
bẽt deo honorati ſũt. Priuare vult ergo cho
rum ꝓphetarum ingenti gratia: qui dicit illos
nõ oportere de chriſto teſtimoniuꝫ exhibere.
Acceſſit autem his ioannes: vt teſtimoniũ de
luce perhibeat. CHRY. Non ea indigen
te teſtimonio: ſed propter qd ipſe ioannes do
cet dicens: Vt oẽs crederẽt per illum. Sicut
enim carnem induit ne oẽs perderet: ita ⁊ ꝓ/
conem hominem miſit: vt cognatam audien/
tes vocem facilius aduenirent. BEDA.
Non autem ait: Vt omnes crederent in illũ.
Maledictus enim homo qui confidit i homi
ne: ſed vt oẽs crederent per illum: hoc eſt per
illius teſtimonium crederent i lucẽ. THE.
Si vero aliqui non crediderint: excuſabilis ꝑ
manet ipſe. Nam ⁊ ſi aliquis includens ſe in
domo caliginis: ⁊ ipſũ ſolis radiꝰ ñ illuſtret:
ipſe cauſam tribuit ⁊ nõ ſol: ſic ioãnes vt oẽs
crederent miſſus fuit: ſed ſi minime conſecu/
tum ẽ: ipſe huius rei cã ñ exiſtit. CHRY.
Quia vero multum apud nos maior qui te/
ſtatur: eo qui teſtimonium perhibet ⁊ dignior
fide eſſe videꝭ: ne qs ⁊ de ioanne hoc ſuſpice/
tur: hanc ſuſpitionẽ deſtruit dicens: Nõ erat
ille lux: ſed vt teſtimonium perhiberet de lu/
mine. Si vero nõ huic inſtans opinioni hoc
reſumpſit vt teſtimonium perhiberet de lumi
ne: ſuperfluuꝫ eſſet qđ diciꝭ: ⁊ magis iteratio
ſermõis ꝙꝫ explanatio doctrine. THEO.
Sed dicet aliquis: ergo neqꝫ ioãnẽ neqꝫ ſan
ctorum quempiam lucem eſſe vel fuiſſe dice/
mus: ſed ſi ſanctorum aliquem lucem velimꝰ
dicere: ponemus lucem abſqꝫ articulo: vt ſi i
terrogatus fueris: vtrum ioannes eſt lux ſi/
ne articulo: ſecure concedas. Si vero cum ar
ticulo nõ concedas. Nõ eniꝫ ẽ ipſa lux princi
palior: ſed lux dicitur quia ſm participatiõem
lucem habeat a vero lumine.

¶ Erat lux vera que illuminat oẽm
hominem venientem in hunc mũdũ.

AVG. De quo lumine ioannes teſtimoni
um perhibeat oſtẽdit dicens: Erat lux vera.
CHRY. Vel aliter. Quia ſuperius de io
anne dixerat ꝙ venit ⁊ miſſus eſt: vt teſtetur
de luce: ne quis hoc audiẽs propter teſtantis
recentem ꝑñtiam ⁊ de eo cui teſtimonium ꝑ/
hibetur: talem quandam ſuſpitionem accipi/
at: reduxit mentem ⁊ ad eam que ſupra omne
principium eſt: trãſmiſit exiſtentiam dicens:
Erat lux vera. AVGV. Quare additum
ẽ vera? quia ⁊ homo illuminatus dicitur lux:
ſed vera lux illa eſt que illuminat. nam ⁊ ocu
li noſtri dicuntur lumina: ⁊ tamen niſi aut ꝑ
noctem lucerna accendatur: aut per diem ſol
exeat: lumina illa ſine cauſa patent. vnde ſub

dit: Que illuminat omnem hominē. Si oēz
hominē: ergo ⁊ ipſum ioannem. Ipſe ergo il
lumiabat: a quo ſe demōſtrari volebat. Quo
modo enim plerunqȝ fit vt in aliquo corpore
radiato cognoſcatur ortus eſſe ſol quem ocu/
lis videre nō poſſumus: quia qui ſaucios ha
bent oculos: idonei non ſunt videre parietez
illumīnatum aut aliquid huiuſmōi: ſic omnes
ad quos venerat chriſtus minus erāt idonei
eum videre. Radiauit ioannem: ⁊ per illum
confitentem ſe illuminatuz: cognitus eſt ille
qui illuminat dicit autem: venientez in hunc
mundum. nam ſi illuc non recederet: nō eſſet
illuminandus: ſed ideo hic illuminandus: qꝛ
illinc receſſerat: vbi homo poterat eſſe illumina
tus. THE. Erubeſcat manicheus qui con
ditor maligni ⁊ tenebroſi noſ aſſerit creaturaſ
Non eni illuminaremur: ſi veri luminiſ crea
ture non eſſemus. CHRY. Ubi ſunt etiā
qui non dicunt eum verum deum? hic enim
lux vera dicitur. Sed ſi illuminat omnē ho/
minem venientem in hunc mundum: quali/
ter tot ſine lumine permanſerunt. Non eniz
omnes cognouerunt chriſti culturam. Illumi
nat igitur omnem hominez quantum ad euz
pertinet. ſi autem quidam mētis oculos clau
dentes noluerunt recipere lucis huius radi/
os non a lucis natura obtenebratio eſt eiſ: ſed
a malitia eorum qui voluntarie priuāt ſeipſoſ
gratie dono: nam gratia quidez ad omnes ef
fuſa eſt. Qui vero nolunt dono hoc frui ſibi
ipſis hanc imputent cecitatem. AVG. Uel
quod dicitur: ꝙ illuminat omnez hominem:
ſic intelligimus non quia nullus eſt hominū
qui non illuminetur: ſed quia niſi ab ipſo nul
lus illuminatur. BEDA. Sine naturali in
genio: ſine ſapientia diuina: ſicut enim nemo
a ſeipſo eſſe: ſic etiam nemo a ſeipſo ſapiens
eſſe poteſt. ORI. in hom. Uel aliter. Nō
de his qui de occultis ſeminum cauſis in ſpe/
cies corporales ꝓcedunt debemus intellige/
re ꝙ illuminat hominem venientem in hunc
mundum: ſed de his qui ſpiritualiter per re/
generationem gratie que datur in baptiſma/
te in mundum veniunt inuiſibilē. Eos itaqȝ
vera lux illuminat qui in mundum virtutum
veniunt; non eos qui in mundum vitiorum
ruunt. THEO. Uel aliter. Intellectus no
bis traditus ac nos dirigens qui ⁊ naturalis
ratio nomiatur dicitur lux tradita nobis a deo.
Sed quidam male ratione vtentes ſe ipſos
obſcurauerunt.

¶ In mundo erat: ⁊ mundus p̄ ipſū
factus eſt ⁊ mundus eum non cogno
uit.

AVG. Lux que illuminat omnē hominez
venientem in hunc mundum: huc venit per
carnem: quia dum hic eſſet per diuinitatem a
ſtultis cecis ⁊ iniquis videri non poterat: de
quibus ſupra dictum eſt: Tenebre eam nō cō
prehenderunt. ⁊ ideo dicitur: In mūdo erat.
ORI. in ho. Ut enim qui loquitur: duz lo
qui ceſſat vox eius eſſe deſinit ⁊ euaneſcit: ſic
celeſtis pater ſi verbum ſuum loqui ceſſaue/
rit: effectus verbi: hoc eſt vniuerſitas verbo
condita non ſubſiſtet. non autez putes: quia
ſic erat in mundo: quomodo in mundo eſt ter
ra: peccora: ⁊ homines: ſed quomodo artifex
regens quod fecit. vnde ſequitur: Et mundus
per ipſum factus eſt. Non enim ſic fecit quo
modo facit faber qui enim fabricat extrinſecus
eſt ad illud quod fabricat. Deus autē infuſus
mundo fabricat vbiqȝ poſitus: ⁊ non recedit
ab aliquo: preſentia maieſtatis facit quod fa/
cit: ⁊ gubernat quod facit: ſic ergo erat in mū
do: quomodo per quem factus eſt mundus.
CHRY. Et iterum qꝛ in mundo erat: ſed
non vt mundi contemperaneus propter hoc
induxit: Et mundus per ipſuz factus eſt. per
hoc ⁊ rurſus te deducens ad eternam exiſten
tiam vnigeniti. qui enim audierit quoniam
opus eius hoc totū: ⁊ ſi valde inſenſibilis fue
rit: cogetur cōcedere ante opera eſſe factorez.
THE. Simul autem hic ⁊ martionis ſub/
uertit rabiem: qui malignum conditorem cū
cta produxiſſe dicebat: necnon ⁊ arrij qui fili/
um dei dicebat creaturam. AVG. Quid ē
autem: mundus per ipſum factus eſt? Celuz
terra: mare: ⁊ omnia que in eis ſunt mun/
dus dicitur. Iterum in alia ſignificatione: di/
lectores mundi mundus dicuntur. de quo ſe
quitur: Et mundus eum non cognouit. Nō
enim celi aut angeli aut ſidera non cognoue/

runt creatorem: quem confitentur demonia: omnia vndiqz teſtimonium perhibuerunt. Sed qui non cognouerūt eum: qui amando mundum dicti ſunt mundus amando enim mundum habitamus corde in mundo: nam qui non diligunt mundum: carne verſantur in mundo: ſed corde inhabitāt celū: ſicut apo/ſtolus dicit: Noſtra conuerſatio in celis eſt. amando igitur mundū: hoc appellari merue/runt vbi habitant. Quomodo enim cuz dici/mus mala eſt illa domus aut bona: nō parie/tes incuſamus aut laudamus: ſed inhabitan/tes: ſic et mundum dicimus qui īhabitāt mū/dum amando. CHRY. Qui autem dei erant amici: eum cognouerunt etiam ante cor poralem preſentiā. vnde et chriſtus ait: Quo niam abraam pater veſter exultauit et vide/ret diem meum. Cum ergo nos interpellāt gentiles dicentes: Quid eſt quod in vltimo tempore venit noſtram operaturus ſalutem: tanto tempore negligens nos: dicimus quo/niam et ante hoc in mundo erat et prouidebat operibus ſuis: et omnibus dignis cognitus erat. et ſi eum mundus non cognouit: hi tamē quibus mūdus non erat dignus eū cognoue runt. Dicens autē: Mūdus eum non cogno uit: breuiter cauſam ignorantie prebuit. Mū dum enim vocat homines qui ſoli mundo affixi ſunt: et que mundi ſunt ſapiunt. Nihil autem ita turbat mentem: vt liquefieri amo/re preſentium.

¶ In propria venit et ſui eum non re ceperunt. Quotquot autem receperūt eum: dedit eis poteſtatem filios dei fie ri his qui credunt in nomine eiꝰ. Qui non ex ſanguinibus: neqz ex voluntate carnis: neqz ex volūtate viri: ſed ex deo nati ſunt.

CHRY. Dicit ꝙ mundus eum non co/gnouit de ſuperioribus loquens temporibus: ſed de reliquo ſermonem induxit ad predi/cationis tempora: et ait: In propria venit. AVG. Quia ſcilicet omnia per ipſum fa/cta ſunt. THEO. Vt per propria mundū intelligas: ſiue iudeam quam pro hereditate elegerat. CHRY. In propria ergo venit nō gratia ſue neceſſitatis: ſz grā beneficij ſuo rum. Sed vnde venit qui omnia iplet et vbi qz adeſt: Ea quidez que ad nos deſcenſione hic operatus eſt: qr enim in mundo exiſtens: non putabatur adeſſe: eo ꝙ nondum cogno/ſcebatur: dignatus eſt induere carnem. Ma niſeſtationem vero hanc et condeſcenſionez preſentiam vocat. Miſericors autem exiſtēs deus omnia facit: vt nos ſm virtutem ſplen deamus: et propter hoc quidem nullum neceſ ſitate: ſuaſione vero et beneficijs volētes ad ſe attrahit: et propterea venientē euz hi quidē ſuſceperunt: alij vero non receperunt. Nul/lum enim vult inuitum neqz coactum habere famulatum: inuitum enim trahi par eſt cum eo qui totaliter non ſeruit. vnde ſequitur: Et ſui eum non receperunt. Judeos nunc ſu os dicit: vt populum peculiarem: ſed et om/nes homines vt ab ipſo factos. et ſicut ſuperi us pro cōmuni verecūdatus natura dicebat: quoniam mundus per ipſum factus condito rem non cognouit: ita et hic rurſus pro iudeo rum anxius in deuotione grauius ponit accu ſationem dicens: Et ſui eum non receperūt. AVG. Si autem omnino nullus recepit: nullus ergo ſaluus factus eſt. Nemo enī ſal uus fiet: niſi qui chriſtum recepit venientem. et ideo addit: Quotquot autem receperūt euz. CHRYSOSTOMVS. Siue ſint ſerui ſiue liberi: ſiue greci ſiue barbari: ſiue i/ſipientes ſiue ſapientes ſiue mulieres ſiue vi ri: ſiue pueri ſiue ſenes: omnes eodem digni facti ſunt honore. de quo ſequitur: Dedit eis poteſtatem filios dei fieri. AMBROSI/VS. Magna beniuolentia vnicus natus ē: et noluit manere vnus: non timuit habere co heredes: quia hereditas eius non fit anguſta ſi multi poſſederint. CHRYSOSTO MVS. Non autem dixit: quoniaz fecit eos filios dei fieri: ſed dedit eis poteſtatem filios dei fieri: oſtendens quoniam multo opus eſt ſtudio: vt eam que in baptiſmo adoptiōis for mata eſt imaginem incontaminatam ſemper cuſtodiamus. Simul autem oſtendens quo/niam poteſtatez hanc nullus nobis vel aufer re poterit: niſi noſipſi auferamꝰ. Si.n. q ab hoibꝰ dñm aliquaz rerum ſuſcipiūt tātum ha bent robur quantum fere hi qui dederūt. mul

tomagis nos qui a deo poſſimur hoc honore.
Simul autem oſtendere vult: quoniã hec gra
tia aduenit volentibus ⁊ ſtudentibus. Eteni
in poteſtate ē liberi arbitrij: ⁊ gratie operatio
ne filios dei fieri. THEO. Vel quia in re
ſcopo qui mihi conſtitutus eſt pater: puto ꝙ
intelligebat ioſeph: quia maioꝛ ſe erat ieſus:
⁊ trepidus moderabatur imperium. Vide
at ergo vnuſquiſqꝫ ꝙ ſepe qui ſubiectus eſt
maioꝛ ſit: quod ſi intellexerit: non eleuabitur
ſuperbia qui eſt ſublimioꝛ dignitate ſciens

ſibi meliorem eſſe ſubiectũ. GREGO.
niſenus: Amplius qm̃ impuberibus adhuc
eſt imperfecta diſcretio: egetq per ꝓuectos
ad ſtatũ ꝓuecti pfectiorẽ: ideo cuz pertigiſſet
duodecimum annum: paret parentibus vt
oſtendat ꝙ quicquid per promotionem per/
ficitur: antequã ad finem perueniat: obedienti
am tanquã perducentẽ ad bonum vtiliter am
plexatur. BASI. in libro religionum: Ab
ipſa autem primeua etate parentibus obedi/
ens quelibet laborem corporeum humiliter
⁊ reuerenter ſuſtinuit. Cuz enim homines
eſſent honeſti ⁊ iuſti: egeni tamen neceſſario
rum penuriam patientes: teſte preſepi part⁹
venerandi miniſtro: manifeſtum eſt ꝙ ſudo
res corporeos continuo frequentabant neceſ
ſaria vite ſibi querentes: ieſus autem obedi/
ens illis vt ſcriptura teſtatur etiam in ſuſti/
nendo labores ſubiectionem plenariam ſu/
ſtinebat. AMRBO. Et mireris ſi patri
defert qui ſubditur matri: non vtiq infirmi
tatis: ſed pietatis eſt iſta ſubiectio. Attollat lz
caput hereticus vt alienis auxilijs aſſerat cũ
qui mittitur indigere: Nunquid ⁊ humano
egebat auxilio: vt materno ſeruiret imperio:
deferebat ancille: deferebat ſimulato patri. ⁊
mireris ſi deo detulit: an homini deferre pie
tatis ẽ: deferre deo: infirmitatis: BEDA:
Uirgo autem ſiue que intellexit ſiue que nõ
dum intelligere potuit omnia ſua pariter in
corde quaſi ruminanda ⁊ diligentius ſcrutã
da recondebat. vnde ſequitur: Et mater ei⁹
conſer. omnia ver. hec conſe. in corde ſuo.
GRECVS: Conſidera prudentiſſimaz
mulierem mariam: vere ſapientie matrem:
qualiter ſcholaris ſit pueri. Non. n. vt pue/
ro: neq vt viro: ſed vt deo vacabat vlteri⁹:
⁊ illius voces diuinas ⁊ opera reputabat. ic
circo nil ex dictis aut actis ab eo incaſſum illi
patebat: ſed ſicut ipſum verbum prius in vi
ſceribus ita nunc eiuſdem modos ⁊ dicta cõ
cipiebat: ⁊ in corde ſuo quodammodo foue/
bat. ⁊ hoc quidem iam ſecum in preſenti cõ/
templabatur. hoc autem expectabat in futu/
rum clarius reuelandum. ⁊ hac quidem tan
quã regula ⁊ lege ⁊ per totam vitam vtebat̃.
vnde ſequitur: Et ieſus ꝓficiebat etate. ⁊ ſa/
pientia ⁊ gratia apud deum ⁊ homines.
THEO. Sed inquiunt: Quõ põt equalis
patri eſſe in ſubſtantia: qui quaſi iperfectus
creſcere dr̃: nõ aũt in eo ꝙ ẽ verbũ dr̃ incre/
mentũ ſuſcipere: ſz in eo ꝙ factus ẽ hõ. Si
. n. vere ꝓfecit: poſtq factũ ẽ caro q añ iper
fect⁹ extiterat: qd ergo gr̃as agim⁹ ei velut i
carnato ꝓ nobis: Qualr aũt ſi ipſe ẽ vera ſa
pientia: i ſapia põt augeri: vel qualr q ceteris
largit̃ gr̃am: ipſe in gr̃a ꝓmouet̃: Amplius
ſi nemo ſcandaliz a! cũ audit ꝙ verbũ ſeipm
humiliauerit: infima q̃dã de deo verbo ſenti
ens: ſz pot⁹ mirat̃ miſericordiã ei⁹: quõ nõ
ẽ ſupuacaneũ ſcãdalizari audiẽdo ꝙ ꝓficit:
Nã ſicut ꝓ nobis humiliatus ẽ: ſic ꝓ nobis
ꝓfecit vt nos in eo ꝓficiamus q lapſi fuim⁹
ꝑ peccatũ. nã q̃cquid ſpectat ad nos ipſe ve/
re ꝓ nobis xp̃s ſuſcepit: vt cuncta reformet
in melius. CYRIL. Et attende ꝙ nõ di
xit ꝓficere verbũ ſz ieſum: ne ſimplex v̈bũ
ꝓficere itell'igas: ſed verbum caro factum.
THEO. Et ſicut verbũ i carne paſſuz fa
temur: quãuis ſola caro fuit paſſa qr caro ver
bi erat q̃ patiebat̃: ita ꝓficere dr̃ ex eo ꝙ hu/
manitas ꝓficiebat i ipſo. GRE. nazanze/
n⁹. Dicit̃ aũt ſm humanitatẽ ꝓficere: nõ ꝙ
ipſa ſuſcipiat augmẽtũ q̃ ab initio fuit pfcã:
ſz ex eo ꝙ paulatiz mãifeſtabat̃. THEO.
Naturalis. n. lex reſpuit hoiem ſenſu maio
re vti q̃z etas corpis patiat̃. erat itaq verbũ
factũ hõ pfectũ: cũ ſit virtus ⁊ ſapia patris.
Uex qr dãdũ erat aliqd noſtre nature mori
b⁹: ne aliqd extraneũ a videntib⁹ reputet̃ tan/
quã hõ paulatim creſcente corpore manifeſta/
bat ſeipſum: ⁊ quotidie ſapientior ab audien
tibus ⁊ videntibus cenſebatur. GRE/
CVS: Proficiebat ergo ſm etatem qui/
dem corpore in virilem ſtatum promoto: ſa/
pientia autem per eos qui ab eo diuina doce
bantur gratia vero qua cũ gaudio promoue
mur: credentes in fine obtinere que ab ipſo
promiſſa ſunt: vt hoc quidez apud deũ ex eo
ꝙ aſſumpta carne paternũ op⁹ peregit: apd
hoies v̈o ꝑ ꝯuerſationẽ eoꝝ a cultu idoloꝝ
ad ſũme trinitatis noticiaz. THEO. dicit
enim: Apud deum ⁊ homines: quia prius
decet placere deo ⁊ poſtea hoibus. GRE.
niſenus: Differenter ẽt ꝓficit verbũ in his
qui ipſum ſuſcipiunt: ſm enim menſuraz il
lius apparet: aut infans: aut adultus: aut
perfectus.

¶ In octaua epiphanie. Mathei .iij. capitu.

VEnit ieſus a galilea i iordanem ad ioannem vt baptizaretur ab eo. Joannes autē prohibebat eū dicens: Ego a te debeo baptizari: ⁊ tu venis ad me. Reſpondens autē ieſus dixit ei: Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iuſticiam. Tunc dimiſit eum.

GLO. Poſtq̄ predicatione ſui precurſoris chriſtus mūdo prenūciatus eſt: tādē qui diu latuerat: hominibus ſe manifeſtare voluit: vñ dicitur: Ve. ie. a gali. in ior. ad io. vt bap. ab eo. REMI. Et ſciendū q̄ i his verbis deſcribunt pſone loca ⁊ tēp⁹ ⁊ officium. tēpus cū dicit: Tūc. RABA. Qñ. ſ. tricenarius erat: in quo oñdit nullū vel ſacerdotē vel predicatorē debere iſtitui: niſi ſit perfecte etatis. Joſeph tricenarius regimen egypti ſuſcepit. Dauid ea etate regnum inchoauit. Ezechiel ſub eodem tempore prophetiā promeruit. CHRY. in ho. Quia etiam poſt baptiſmum hunc legem ceſſare oportebat: hac etate ad baptiſmum venit que poteſt omnia peccata ſuſcipere: vt lege ſeruata nullus dicat: quia ideo eam ſoluit q̄ implere nō potuit. CHRY. ſuper math. Tunc ēt. ſ. qñ ioannes predicauerat: Penitentiā agite. vt confirmaret predicationē ipſius: ⁊ vt teſtimonium acciperet a ioanne. Sicut autem cū proceſſerit lucifer: lux ſolis non expectat occaſum luciferi: ſed eo procedente egreditur: ⁊ ſuo lumine obſcurat illius candorem: ſic ⁊ chriſtus non expectauit vt curſum ſuum ioānes impleret: ſed adhuc eo docēte apparuit. REMI. Perſone ponuntur cum dicit: Venit ieſus ad ioannē. i. de⁹ ad hoiem: dñs ad ſeruū: rex ad militem: lux ad lucernam. Loca deſignantur cum dicit: A galilea i iordanem. Galilea enim tranſmigratio interpretatur. Quicunq̄ ergo vult baptizari: trāſmigret de vitijs ad virtutes: ⁊ veniendo ad baptiſmum ſe humiliet. Jordanis enim interpretatur deorſum. AVGV. Multa autem mirabilia in hoc flumine ſepius facta eē ſcriptura ſancta commemorat: inter cetera dicens: Jordanis conuerſus eſt retrorſum. ante quidem retrorſum aque conuerſe fuerāt: modo retrorſum peccata conuerſa ſunt: ſicut etiam Helias i iordane diuiſionē fecit aquarum: ⁊ chriſtus in eodem Jordane ſeparationem operatus eſt peccatorū. REMI. Officium deſignatur cum ſequitur: Vt baptizaretur ab eo. CHRY. ſup mathe. Non vt ipſe remiſſionem peccatorum acciperet ꝑ baptiſmum: ſed vt ſanctificatas aquas relinqueret poſtmodū baptizandis. AVGV. Saluator enim ideo baptizari voluit: nō vt ſibi mundiciam acquireret: ſed vt nobis fluenta mūdaret. Ex quo ipſe in aquam demergitur: ex eo omniū peccata abluit aqua. Nec mirum q̄ aquam. hoc eſt ſubſtantiam corporalem ad purificandam animam dicimus ꝑuenire: ꝑuenit plane: ⁊ penetrat conſcientie vniuerſe latibula. Quāuis enim ipſa ſit ſubtilis ⁊ tenuis: benedictione tamen chriſti fcā ſubtilior: occultas vite cauſas ad ſecreta mētis ſubtiliore rore pertrāſit. Subtilior. n. benedictionum curſus q̄ aquarū meatus. vnde q̄ de ſaluatoris baptiſmate benedictio fluxit: tanq̄ fluuius ſpiritalis omnium gurgitum tractus vniuerſorum fontium venas ipleuit. CHRY. ſuper math. Adhuc autē ad baptiſmum venit: vt qui humanam ſuſcepit naturam: totum humane nature inueniatur impleſſe myſterium: naȝ q̄uis ipſe non erat peccator: tamen naturam ſuſcepit peccatricem. propterea ⁊ſi pro ſe baptiſmate non egebat: tamen in alijs carnalis natura opus habebat. AVGV. in ſer. de epi. Item iō baptizari voluit: quia voluit facere quod faciendum omnibus imperabat vt bonus magiſter doctrinā ſuā non tam verbis inſinuaret: q̄ actibus exerceret. AVGV. ſup ioānē: Hinc ergo dignat⁹ ē a ioāne baptizari: vt cognoſcerent ſerui q̄ta alacritate debeant currere ad baptiſma dñi: qñ ipſe nō dedignatus ē accipere baptiſma ſui. HIE. Jtē baptizari voluit: vt baptiſmate ſuo ioānis baptiſma ꝯfirmaret. CHRY. in ho. Q̄m vero baptiſm⁹ pnie erat: ⁊ in demōſtrationē delictoꝝ iducebat: ne aliqs eſtimaret: q̄ hac rōne xp̄s ad iordanē venit: iō venienti dixit: Ego a te dbeo baptizari: ⁊ tu venis ad me? .q. d. CHRY. ſup mat. Vt tu me bapti-

zes: eſt idonea rõ: vt iuſtus efficiar: ⁊ dignꝰ
celo. vt aũt ego te baptizẽ que eſt rõ? O ẽ bo
num de celo deſcẽdit in terrã: nõ de terra a/
ſcẽdit in celum. HILA. Deniq̃ȝ a ioãne
baptizari ꝓhibetur vt deus: ⁊ ita in ſe fieri
oportere vt homo docet. Vñ ſequit̃: Reſpõ
dens aũt ieſus dixit ei: Sine modo. Pul/
chre dixit mõ: vt oſtenderet chriſtum ĩ aqua
a ioanne: Joannẽ a chriſto ĩ ſpiritu baptizan
duȝ. Siue aliter: Sine modo: vt qui formã
ſerui aſſumpſi: expleã ⁊ hũilitatem eius: alio
quin ſcito te in die iudicij meo eẽ baptiſma/
te baptizandũ. vel Sine modo: vt dicit do/
minus: habeo ⁊ aliud baptiſma: quo ⁊ ba/
ptizandus ſuȝ. Tu me baptizas in aqua: vt
ego te baptizẽ ꝑ me in ſãguie tuo. CHR.
ſup math. In quo etiã oſtendit q: poſtea xp̃s
baptizauit ioannẽ: Quis etiã in apocryphis
libris hec manifeſte ſcriptum ſit. Sed mõ ſi
ne: vt iuſticiam baptiſmatis nõ verbis ſȝ fa
ctis adipleã: prius ſuſcipiã: poſtea ꝑdicabo.
Unde ſequitur: Sic enim decet nos omneȝ
iplere iuſticiam. vbi non hoc ſignificat vt ſi
fuerit baptizatus adimpleat omneȝ iuſticiã:
ſed ſic. i. quẽadmodum baptiſmatis iuſticiaȝ
prius factis impleuit: poſtea predicauit: ſic ⁊
omnem aliam iuſticiam: ſm illud: Cepit ie/
ſus facere ⁊ docere. Aut ita: ſic oportet vos
implere oẽm iuſticiam ſicut iuſticiaȝ baptiſ/
mi. i. ſm diſpẽſationẽ humane nature. Si/
cut. n. ipleuit iuſticiam naſcendi creſcendi et
ſimilium. HILA. Erat ⁊ per eum omnis
iplenda iuſticia: per quem ſolum lex poterat
impleri. HIERO. Nõ autem addit iuſti
ciam legis ſiue nature: vt vtrũq̃ȝ itelligamꝰ.
REMI. Vel ſic: Decet nos iplere omnẽ
iuſticiam. i. oſtendere exemplum omnis im/
plende iuſticie in baptiſmo: ſine quo nõ ape
ritur aditus regni celeſtis. vel etiam diſcant
ſuperbi exemplum humilitatis: vt nõ dedi/
gnentur baptizari ab humilibus membris:
dum viderint me baptizatum a te ioanne ſer
uo meo. Jlla autem eſt vera humilitas quaȝ
comes obedientia ſequitur. vnde ſubditur:
Tunc dimiſit eum. i. ad vltimum aſſenſum
prebuit vt baptizaret eum.

¶ Baptizatus autem ieſus: confe/
ſtim aſcendit de aqua. Et ecce aperti
ſunt ei celi: ⁊ vidit ſpiritum dei deſcen
dentem ſicut columbam: ⁊ venientem
ſuper ſe.

AUG. in ſer. de epi. Quia vt dictum eſt
cum ſaluator noſter abluitur. iam tunc nr̃m
baptiſmum tota aqua mundat̃: vt ſecuturis
poſtmodũ pp̃liſ lauacri gr̃a miniſtret̃. O por
tuit ẽt xp̃i baptiſmo ea deſignari q̃ ꝑ baptiſ/
mũ cõſequũtur fideles. vñ dr̃: Baptizatꝰ ãt
ieſus cõfeſtiȝ aſcẽdit de aqua. CHRY.
ſup math. Factũ chriſti ad myſterium ꝑtinet
oium qui poſtmodum fuerãt baptizãdi: ⁊ iõ
dixit confeſtim. Et nõ dixit ſimpliciter: aſcẽ
dit: q: oẽs qui digne baptizant̃ ĩ chriſto con/
feſtim de aqua aſcẽdũt. i. ꝓficiũt ad ꝟtutes:
⁊ ad dignitatẽ ſubleuãtur celeſtẽ. Qui. n. in
aquã igreſſi fuerãt carnales ⁊ filij ade pecca
tores: confeſtim de aqua aſcendunt ſpirita/
les filij dei facti. ſi autem quidã ex ſua culpa
nihil proficiũt baptizati: quid ad baptiſmũ?
RABA. Q: ergo nobis dominꝰ ſui cor/
poris itinctu baptiſmi lauacrũ dedicauit: no/
bis q̃ȝ poſt acceptũ baptiſma celi aditũ patere
⁊ ſpũmſcũȝ demõſtrauit. vñ ſeq̃t̃: Et aperti
ſũt ei celi: HIERO. Nõ reſeratõe elemento
rũ ſȝ ſpiritalibꝰ oculis ſicut ⁊ ezechiel ĩ pricí/
pio voluminis ſui aptos eẽ commemorat.
CHRY. ſup math. Si. n. ipſa creatura
rupta fuiſſet ñ dixiſſet: Apti ſũt ei. q: qḋ cor/
poraliter apit̃ oibus ẽ aptum. Sȝ dicet aliq̃s
quid enim ante oculos filij dei clauſi fuerãt
celi: qui etiam in terra conſtitutus erat in ce/
lo? Sed ſciendum q: ſicut ſm diſpenſationẽ
humanam baptizatus eſt: ſic ſm humanam
diſpenſationem aperti ſunt ei celi. ſm autem
naturam diuinam erat in celis. REMI.
Sed nunquid tunc primo aperti ſunt ei ce/
li: etiam ſm humanam naturam? fides eniȝ
eccleſie ⁊ credit: ⁊ tenet q: non minus aperti
ſunt ei celi: anteq̃ȝ poſt. Ideo ergo dicitur: q:
aperti ſunt ei celi: quia in oibꝰ renatis apit̃ ia
nua regni celeſtis. CHRY. ſuper math.
Forte enim erant inuiſibilia quedam obſta/
cula prius quibus obſiſtentibus anime defũ
ctorum non poterant introire celos. Nullaȝ
enim animam ante chriſtum arbitror aſcen/
diſſe in celum ex quo peccauit Adam: ⁊ clau/
ſi ſunt celi. Sed ecce baptizato xp̃o aperti ſũt
tantum. Poſtq̃ȝ vero tyrannum vicit ꝑ cru
cem: q: non erant neceſſarie porte celo nũq̃ȝ

claudendo: non dicunt angeli: Aperite por/
tas: iam enim erant aperte: ſed Tollite por/
tas. Vel in baptizatis aperiuntur celi: ꝛ vi/
dent ea que ſunt in celo: non carnalibus ocu
lis videndo: ſed ſpiritualibus fidei credēdo.
Aut ita: Celi ſunt ſcripture diuine quas om
nes legunt non tñ oēs intelligunt: niſi q̄ fue
runt ſic baptizati: vt accipiāt ſpiritumſanctū.
Unde ꝛ apoſtolis primitus erant clauſe ſcri
pture ꝓphetaꝝ: ſꝫ accepto ſpiritu ſancto reſe
rate ſunt eis oēs ſcripture. Tñ quocūq̄ mo
do itelligat̄: celi aperti ſunt ei. i. oib⁹ ꝑꝑ eū:
ſicut ſi imperator alicui ꝓ alio petenti dicat:
Hoc beneficium non illi do: ſed tibi. i. pro/
pter te illi. GLO. Vel tantus ſplendor cir
cumfulſit chriſtum in baptiſmo: vt empyreū
videretur celum reſeratum eſſe. CHRY.
in ho. Si aūt tu non vides non incredulus
ſis. Etenim in principijs ſpiritalium rerum
ſemper ſenſibiles apparent viſiones: pro/
pter illos q̄ nullā intelligentiā incorporalis
nature ſuſcipe pñt vt ſi poſtea nō fiāt: ex his
q̄ ſemel fcā ſunt recipiāt fidē. REMI. Si
cut aūt oib⁹ ꝑ baptiſmū renatis apit̄ ianua re
gni celeſtis: ita oēs i baptiſmate accipiūt do/
na ſpiritusſancti. Ideo ſubdit: Et vi. ſpi. dei
deſcē. ſicut colum. ꝛ ve. ſuper ſe. AUG.
in ſer. de epi. Xp̄s. n. poſtq̄ꝫ natus eſt homi
nibus renaſcit̄ ſacris: vt queadmodum tunc
eum miramur incorrupta matre progenitū:
ita ꝛ nunc ſuſcipiamus illuꝫ pura vnda ſub
merſum. filiū. n. genuit mater ꝛ caſta ē. xp̄m
lauit vnda: ꝛ ſancta eſt. Deniq̄ꝫ ſpiritusſan/
ctus q̄ tūc illi in vtero affuit: modo eū i gur/
gite circūfulſit. q̄ tūc Mariā caſtificauit: nūc
fluenta ſanctificat. Unde dicit: Et vidit ſpi/
ritū dei deſcendentē. CHRY. ſup math.
Ideo aūt ſpiritusſanctus ſpeciē columbe ſu/
ſcipit: qm̄ ꝑ oibus aīalibus hec cultrix ē cha/
ritatis: oēs aūt iuſticie ſpecies: quas habent
ſerui dei in veritate: pñt habere ſerui diabo/
li in ſimulatione. Solā aūt charitatē ſci ſp̄us
nō pōt imūd⁹ ſp̄us imitari. Ideo ergo hanc
ꝓuatā ſpeciē charitatis ſibi ſeruauit ſp̄uſſcūs
q2 ꝑ nulli⁹ teſtimonium ſic cognoſcit̄. vbi ē
ſp̄uſſcūs: ſicut ꝑ grāꝫ charitatis. RABA.
Significāt̄ ēt quatuor virtutes in baptizatis
ꝑ colūbā. Colūba. n. ſec⁹ fluenta habitat: vt
viſo accipitre mergat ſe ꝛ euadat. Meliora
grana eligit: alienos alien⁹ pullos nutrit: nō
lacerat roſtro: felle caret: in cauernis petre ni
dificat: gemituꝫ pro cantu habet: ita ꝛ ſancti
ſecus diuine ſcripture fluenta reſident vt in
curſum diaboli euadant. Sanas ſententias
quibus paſcantur eligunt: non hereticas. ho
mines qui diaboli fuerunt pulli ideſt imita/
tores: doctrina nutriunt ꝛ exemplo: bonas
ſententias lacerando non peruertunt hereti/
corum more. Ira irreconciliabili carent. In
plagis mortis chriſti qui petra firma eſt: ni/
dum ponunt ideſt ſuum refugium ꝛ ſpem:
ſicut etiam alij delectantur in cantu: ita ipſi ī
gemitu pro peccatis. CHRY. in ho. Ve
teris etiam recordatur hiſtorie. in diluuio ap
paruit hoc animal: ramuꝫ ferens oliue: ꝛ cō
munem orbis tranquillitatem annuncians:
que omnia typus erant futurorum. Etenim
nunc columba apparet: liberatorem nobis de
monſtrans: ꝛ pro ramo oliue adoptioneꝫ ge
neri humano affert. AUGU. in ſer. de
tri. Eſt autem in promptu intelligere cur ſpi
ritusſanctus miſſus dicatur cum in ipſuꝫ do
minuꝫ corporali ſpecie velut columba deſcē
dit: facta eſt enim quedaꝫ creature ſpecies ex
tpe in qua viſibilr̄ oñderet̄ ſp̄uſſcūs. Hec āt
opatio viſibilr̄ exp̄ſſa: ꝛ oculis oblata morta/
lib⁹: miſſio ſp̄uſſci dicta ē: nō vt appareret ī
uiſibilis eius ſubſtantia ſed vt corda hoīum
exterioribus viſis cōmota ad occultam eter/
nitatem conuerterentur. Non autem ſic aſ/
ſumpta ē creatura in qua ſp̄uſſanctus appa/
ruit in vnitate. ſ. pſone: ſicut aſſumpta ē hu
mana illa forma ex virgine. Neq̄ꝫ enim co/
lumbam beatificauit ſpiritus: aut ſibi in per
ſone ſue vnitatem in eternuꝫ iunxit. Pro
inde quanq̄ꝫ illa columba ſpiritus dicta ſit:
vt oſtenderetur per columbā ſpiritū demon
ſtratū: nō tñ ita poſſumus dicere ſpiritūſan/
ctū ꝛ deū ꝛ colūbā: ſicut dicimus filiū ꝛ deuꝫ
ꝛ hoīem nec ſicut dicimus filiū agnū dei: nō
ſolū ioanne baptiſta dicente: ſed etiam ioan/
ne euangeliſta vidente agnū occiſum in apo
calypſi. illi quippe viſio prophetica non eſt
exhibita oculis corporeis per formas corpo/
reas: ſed in ſpiritu per ſpiritales imagines
corporum. De illa vero columba nullus vn
q̄ꝫ dubitauit: quin oculis viſa ſit. nec ſicut di
cimus filium petram. ſcriptuꝫ eſt enim: Pe
tra erat chriſtus. ita poſſumus dicere ſpiritū
columbam. Illa enim iam erat in creatura: ꝛ

per actionis medū nuncupata ē noīe chriſti
quē ſignificabat: nō aūt ſic illa columba: q̄ ad
hoc tm̄mō ſignificanda repente extitit. Ma
gis aūt ſimile hoc mihi vr̄ flāme illi q̄ in ru/
bro apparuit moyſi: ⁊ illi quā ppl̄s ī eremo
ſequebaẗ: ⁊ fulgurib⁹ ac tonitruis q̄ fiebant
dū lex dareẗ ī monte. Ad hoc. n. rex illarum
corpalis extitit ſpēs vt aliqd ſignificaret atq̃
preteriret. pp has ergo corpales formas miſ
ſus dr̄ ſpūſſcūs: ille vero ſpēs corpales ad
demonſtrādū ꝙ opus fuit ad tp̄s apparue/
rūt: ⁊ eē poſtea deſtiterūt. HIERO. Se
dit aūt columba ſup caput ieſu: neqs putaret
vocē patris ad ioannem factam: non ad do/
minū. vnde ſequitur: Et veniente ſuper ſe.

¶ Et ecce vox de celis dicens: Hic
eſt filius meus dilectus in quo mihi
complacui.

Non eniʒ vt an̄ per moyſen aut ꝓphetas:
nec per typos aut figuraſ. AVGV. i ſer.
de epiph. Ventux ī carne pr̄ filiū docuit: ſʒ
palā veniſſe mōſtrauit dicēs: Hic ē fili⁹ me
us. HILA. Vel vt ex his q̄ ꝯſūmabanẗ ī
chriſto cognoſceremꝰ poſt aque lauacrū ⁊ de
celeſtib⁹ portis ſanctū ī nos ſpiritū īuolare:
⁊ celeſtis nos glorie vnctiōe perfundi: ⁊ pr̄/
ne vocis adoptione filios dei fieri. HIE/
RO. Myſteriū aūt trinitatis in baptiſma
te demōſtraẗ: dn̄s baptizaẗ ſpūs deſcēdit ī ha
bitu colūbe: pr̄is vox filio teſtimoniū perhi/
bētis auditur. AVGV. in ſer. de epiph.
Nec mir ſi ī dn̄ico lauacro myſteriū nō de/
fuit trinitatis: cū noſtrū lauacrū trinitatis cō
pleat ſacramētū. voluit. n. dn̄s ꝓmo circa ſe
exhibere: qd̄ erat poſtea humano generi pre
cepturus. AVGV. de fide ad petrum:
Quamuis autem pater ⁊ filius ⁊ ſpirituſſan
ctus ſint vna natura: firmiſſime tamen tene
tres eſſe perſonas patrēq̃ ſolum eſſe qui di
xit: Hic eſt filius meus dilectus. Et filium
ſolum eſſe ſuper quem illa vox patris inſo/
nuit: ⁊ ſpiritumſanctū ſolum eſſe qui in ſpe/
cie colūbe ſuper chriſtū baptizatum deſcēdit
AVGV. iiij. d̄ trini. Hec aūt opera ſunt
totius trinitatis: In ſua quippe ſubſtātia pa
ter ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus vnum ſunt ſine
vllis interuallis temporum vel locorum: In
meis aūt vocibus ſeparati ſunt pater filius ⁊
ſpirituſſanctus: nec ſimul dici poterunt: ⁊ in
litteris viſibilibus ſua ſeparatim locox ſpa/
cia tenuerunt: qꝛ ſimilitudine vtrūq̃ cogno
ſcitur inſeparabilē in ſeipſa trinitatē per viſi
bilis creature ſpeciem ſeparabiliter demon/
ſtrari. ꝙ autem ſolius patris vox ſit: oſtendi
tur ex hoc quod dicit: Hic eſt filius meus.
HILA. in libro de tri. Non ſolum nomi/
ne conteſtatus eſt eum eſſe filium: ſed ꝓpe
tate. Multi. n. nos filij dei ſumus: ſʒ nō ta
lis eſt h̄ filius. hic. n. ⁊ proprius ⁊ verus eſt
filius origine non adoptione: veritate non
nuncupatione: natiuitate non creatione.
AVGV. ſuper ioannē: Pater aūt dili/
git filium: ſed quō pater filiū nō quō dn̄s ſer
uum: ſed quō vnicū: non quō adoptatū. Et
ideo ſubditur: In quo mihi cōplacui. RE/
MI. Vel ſi ad humanitatē chriſti referatur
ſi legatur: In quo mihi complacui. talis eſt
ſenſus in quo mihi complacui: qꝛ iſtum ſo/
lum repperi ſine peccato. Si vero legaẗ: In
quo mihi complacuit: ſubauditur placitum
meum conſtituere: vt per eum agereʒ q̄ agē
da ſunt. i. genus humanuʒ redimerē. AV
GV. de con. euan. Hec auteʒ verba ⁊ alij
duo marcus ⁊ lucas ſimiliter narrant: ſed d̄
verbis vocis que de celo facta eſt: narrant lo
cutionē ſalua tamē ſententia. Q d̄. n. matthe
us ait dictū: hic ē filius meus dilectus. ⁊ alij
duo dicunt: Tu es filius meus dilectus. ad
eandem ſententiam explicandam valet. vox
enim celeſtis vnum horum dixit: ſed euan/
geliſta oſtendere voluit ad id valere quod di
ctuʒ ē: Hic eſt filius meus. vt illis potius q
audiebant indicareẗ: ꝙ ipſe eēt fili⁹ dei: atq̃
ita dictū referre voluit: Tu es fili⁹ me⁹. ac ſi
illi diceret: Hic ē fili⁹ me⁹. Nō. n. chriſto ī
dicabaẗ qd̄ ſciebat: ſed audiebāt q aderāt: ꝓ
pter quos vox fcā ē. Jam vero qd̄ ali⁹ dicit:
In quo mihi cōplacui. alius: In te cōplacuit
mihi. Si q̄ris qd hox illa voce ſonuerit: qd̄
libet accipe: dū ītelligas eos q nō eandē locu
tionē retulerūt: eandem retuliſſe ſententiaʒ.
ꝙ enim deus in filio ſibi cōplacuit: admoneẗ
aliquis ex eo qd̄ dictuʒ eſt: In te complacui.
ꝙ autem in filio pater placuerit hominibus:
admonetur ex eo qd̄ dictum eſt: In te cōpla/
cuit mihi. ſeu intelligatur hoc dictum eſſe ab
omnibus euangeliſtis tanq̃ diceretur: In te
cōplacitum meum conſtitui: hoc eſt implere
quod mihi placet.

¶ Dominica prima poſt octauam epiphanie: Joannis.ij.cap.

NUptie facte ſunt in chana galilee: ⁊ erat mater ieſu ibi. Uocatus eſt autez ieſus ⁊ diſcipuli eius ad nuptias. Et deficiēte vino: dicit mater ieſu ad eum: Uinum non habent. Et dicit ei ieſus. Quid mihi ⁊ tibi eſt mulier? Nondum venit hora mea.

CHRY. Quoniam in galilea notus erat dominus: vocant eum ad nuptias: vnde ſequitur: Nuptie facte ſunt in chana galilee. ALCVI. Galilea eſt prouincia in qua ē chana viculus. CHRY. Vocant autem ad nuptias dominum non tanq̄ magnificum aliquem: ſed ſimpliciter tanq̄ notum: ⁊ vnum multorum vnde hoc euangeliſta declarans ait: Et erat mater ieſu ibi. ſicut enim matrem vocauerant: ita ⁊ filium. vnde ſequitur: Vocatus eſt autem ieſus ⁊ diſcipuli eiꝰ ad nuptias: ⁊ accedit: Neq̄ enim ad dignitatem reſpiciebat ſuam: ſed ad beneficium noſtrum. Qui enim non dedignatus eſt formam ſerui accipere: neq̄ dedignatus eſt ad nuptias venire ſeruorum. AVGV. de ver. domini: Erubeſcat igitur homo eſſe ſuperbus: quoniam factus eſt humilis deus: Ecce inter cetera filius virginis venit ad nuptias qui cum apud patrem eſſet inſtituit nuptias. BEDA. Quod etiaz ad nuptias venire dignatus eſt: iuxta litteram fidem recte credentium confirmat. Porro tatiani ⁊ marcionis ceterorumq̄ qui nuptijs detrahunt: perfidia q̄z ſit damnabilis inſinuat. Si eniz thoro īmaculato ⁊ nuptijs debita caſtitate celebratis culpa ineſſet: nequaq̄ dominus ad has venire voluiſſet. Nunc autem quia bona eſt caſtitas coniugalis: melior continentia vidualis: optima perfectio virginalis. Ad probandam omnium electionem graduum diſcernendum tamen meritum ſingulorum et intemerato marie virginis vtero naſci dignatus eſt a prophetico vidue anne ore mox natus benedicitur: a nuptiarum celebratoribus iaz iuuenis inuitatus hos preſentia ſue virtutis honorat. AVGV. Quid autem mirum ſi in illam domum ad nuptias venit qui in hunc mundū ad nuptias venit? Habet.n. ſponſam quam redemit ſanguine ſuo: ⁊ cui pignus dedit ſpiritumſanctū: quā ſibi coniunxerat in vtero virginis. Verbuz enim eſt ſponſus ⁊ ſponſa caro humana: ⁊ vtrunq̄ vnus filius dei: ⁊ idem filius hominis. Ille vterus virginis marie thalamus eius eſt: vnde proceſſit tanq̄ ſpōſus de thalamo ſuo. BEDA. Nec vacat a myſterio q̄ die tertia nuptie facte referuntur: primum quidez ſeculi tempus ante legem patriarcharum exemplo. ſecundum ſub lege prophetarum ſcriptis. tertium ſub gratia preconijs euangeliſtarum quaſi tertie diei luce mundo refulſit in quo dominus in carne natus apparuit: ſed ⁊ hoc quod in chana galilee. i. in zelo tranſmigrationis eedez nuptie facte perhibentur. Typice denūciat eos maxime gratia chriſti dignos exiſtere: q zelo feruere pie deuotionis ac de vitijs ad virtutes: de terrenis ad eterna norunt tranſmigrare: diſcumbente autem ad nuptias domino: vinum defecit vt vino meliore per ipſum facto manifeſtaretur gloria latentis in homine dei. vnde ſequitur: Et deficiente vino: dicit mater ieſu ad euz: Vinū non habent. CHRY. Dignum autem eſt querere vnde venit in mentem matri magnum quid imaginari de filio: neq̄ enim ante miraculum fecerat. Sequitur enim: Hoc fecit initium ſignorum ieſus: ſed reuelari incipiebat ⁊ a ioanne ⁊ ab his que ad diſcipulos dixerat: ſed ante hec omnia ipſa conceptio ⁊ ea que poſt natiuitatem facta ſunt: maximam ei de puero impoſuerunt eſtimationez. vnde lucas dicit: Maria conſeruabatur omnia verba hec conferens in corde ſuo. Cuius igitur gratia non ante miraculum eum incitauit: nam antea vt vnus multoruz ita conſeruabatur. vnde nō preſumebat ei mater tale quid dicere: qꝛ vero audiuit q̄ ioannes ei teſtificatus eſt: ⁊ q̄ diſcipulos iam haberet de reliquo confidenter rogat. ALCVI. Significat etiam in hoc loco ſynagogam que chriſtum prouocat ad faciendum miraculum: familiare enim eſt iudeis: miracula inquirere.

Sequitur: Et dicit ei ieſus: quid mihi ⁊ tibi mulier? AVGV. Quidam derogantes euangelio ⁊ dicentes ꝙ ieſus non fuit nat⁹ de maria virgine hic argumentum ſumere conantur erroris ſui vt dicāt quomō erat mater eius cui dixit: Quid mihi ⁊ tibi mulier? Sed quis hoc narrauit: vt credamus quia hoc dn̄s dixit? Nempe ioānes euangeliſta. At ipe dixit: Et erat ibi mater ieſu: quare h: niſi quia vtrūqꝫ verum eſt? Sed nunquid iō venit ad nuptias: vt doceret matres cōtēni? CHRY. Sed ꝙ valde venerabatur ma/trem. Audi lucam enarrantem: qualiter ſubditus parentibus erat. Nam vbi quidem parentes nihil impediunt eorum que ſunt ſm deum debitum eſt ſubijci eis. Quando au/tem non tempore debito aliquid querunt: ⁊ abſcindunt nos a ſpiritualibus: non ex hoc fallaris. AVG. de ſymbolo: Vt ergo di/ſtingueret inter deum ⁊ hominem quia ſm hominem minor ⁊ ſubditus erat. ſm autem deum ſupra omnes erat dixit: Quid mihi ⁊ tibi eſt mulier. CHRY. Sed ⁊ propter aliam cauſam vt non ſuſpecta eſſent miracula que fiebant: ab his enim qui indigebant: rogari oportuerat non a matre: voluit oſtendere quoniam omnia decenti tempore operatur non ſimul omnia faciens: quia confuſio quedam eſſet. ⁊ ideo ſequitur: Nondum venit hora mea. i. nondum cognitus ſum his qui aſſunt: ſed neqꝫ ſciunt quoniam defecit vinum: ſine eos primum hoc ſentire. Qui enim neceſſitatem non preſentit: neqꝫ beneficij grandem ſuſcipiet ſenſuꝫ. AVG. Vel ideo quia dominus noſter: ſm ꝙ deus erat: matrem non habebat. ſm ꝙ homo erat: ha/bebat matrem. Miraculum autem quod fa/cturus erat: ſm diuinitatem facturus erat: n̄ ſecundum infirmitatem humanam. Mira/culum tamen exigebat mater: At ille tanqꝫ n̄ agnoſcens viſcera humana: operaturus fa/cta diuia dixit: Quid mihi ⁊ tibi eſt mulier. tanqꝫ dicat. Quod in me facit miraculum: n̄ tu genuiſti deitatem meam: Dicitur autem Mulier ſm femineum ſexum: non ſm cor/ruptionem integritatis: ſed quia genuiſti in/firmitatem meam: tunc te cognoſcam cū ipa infirmitas pendebit in cruce. vnde ſubdit: Nondum venit hora mea. quaſi diceret: ibi te agnoſcam cum pendere in cruce infirmi/tas ceperit: cuius ⁊ mater es. Cōmendauit enim matrem diſcipulo: prius matre moriturus: ⁊ ante mortem matris reſurrecturus. Videte autem ne forte quomodo inuenerūt manichei occaſionem perfidie ſue: quia dixit dominus. Quid mihi ⁊ tibi eſt mulier. ſic i/ueniant mathematici occaſionem fallacie: qꝛ dixit: Nondum venit hora mea. Dicunt. n: vides qꝛ ſub fato erat xp̄s qꝛ dixit: Nondū venit hora mera. Credant autem deo dicenti: Poteſtatem habeo ponendi animam meam: ⁊ iterum ſumendi eam: ⁊ querant quare ſit dictum: Nondum venit hora mea. Nec ideo iam ſub fato ponant conditorem celi: qꝛ ſi eſſet fatum de ſideribus: non poterat eſſe ſub neceſſitate ſiderum: conditor ſideruꝫ qđ non ſolum chriſtus non habuit: quod appellas fatum: ſed nec tu aut ille: aut quiſquā hominum quare ergo dixit: Nonduꝫ venit hora mea. quia in poteſtate habebat quādo moreretur: ſed nondum videbat eſſe oportunū vt illa poteſtate vteretur. vocandi erant di/ſcipuli. annunciandum erat regnum celoꝝ faciende erant virtutes: commendanda erat diuinitas domini in miraculis. commendā/da erat humilitas domini in ipſa compaſſione mortalitatis. At vbi tantum fecit qꝫtum ſufficere iudicauit venit hora: non neceſſita/tis ſed voluntatis: non conditionis ſed po/teſtatis.

¶ Dicit mater ei⁹ miniſtris: Quodcunqꝫ dixerit vobis facite. Erant au/tem ibi lapidee hydrie ſex poſite ſecundum purificationem iudeorum capiē/tes ſingule metretas binas vel trinas. Dicit eis ieſus: Implete hydrias a/qua. Et impleuerunt eas vſqꝫ ad ſummuꝫ. Et dicit eis ieſus: Haurite nūc ⁊ ferte architriclino: ⁊ tulerunt. Vt autem guſtauit architriclinus aquam vinum factum: ⁊ non ſciebat vnde eēt: miniſtri autem ſciebant qui hauſerunt aquam vocat ſponſuꝫ architriclinus: ⁊ dicit ei: Omnis homo primum bo/num vinum ponit: ⁊ cum inebriati fuerint: tunc id quod deterius eſt. Tu āt ſeruaſti bonum vinum vſqꝫ ad huc.

**Hoc fecit initium ſignorum ieſus in chana galilee: ⁊ manifeſtauit gloriam ſuam: ⁊ crediderunt in eum diſcipuli eius.**

CHRY. Quãuis dixerit: Nondum ve/
nit hora mea poſtmodum fecit ꝙ mater dixe
rat: vt etiam ex hoc ſufficiens eſſet demon/
ſtratio ꝙ non ſubiectus eſt hore. Si eniʒ ho/
re ſubijciebatur: qualiter debita hora nondũ
facta hoc fecit: deinde ⁊ propter honoreʒ ma
tris: vt non finaliter ei contradicere videret.
neqʒ eam tot preſentibus erubeſcere faceret.
Adduxerat enim ad euʒ miniſtros: vt a plu
ribus fieret petitio. vnde ſequitur: Dic ma/
ter eius miniſtris: quodcũqʒ dixerit vobis
facite. BEDA .q.d. Licet abnegare videa
tur tamen faciet: nouerat enim mater piuʒ ⁊
miſericordẽ. Sequit: Erant aũt ibi lapidee
hydrie ſex poſite ſm purificationem iudeo/
rum: capientes ſingule metretas binas vel
trinas. Hydrie vocantur vaſa aquaꝝ rece/
ptui parata. grece enim aqua hydor dicitur.
ALCVI. Vaſa autem aquaruʒ receptui
parata erãt ſm purificationem iudeorũ: quia
inter alias phariſeorũ traditiones etiã h̄ ob/
ſeruabant: vt crebro ſe lauarẽt. CHRY.
Qr vero iaquoſa ẽ paleſtina: ⁊ nõ erat mul/
tis i locis fontes ⁊ puteos iuenire: replebãt
hydrias aqua vt non currerent ad flumina
ſi quando imundi fierent: ſed de prope ha/
berent purgationis modũ. Ne autem qdaʒ
ifidelium ſuſpicarentur: quoniã fece itus re
manente: deide aqua imiſſa: vinũ ſubtiliſſi/
mũ factũ eſſet propterea ait ſʒ purificationeʒ
iudeorũ. oſtendens ꝙ illa vaſa nũqʒ vini re
ceptacula facta erant. AVG. Metretas
enim dicit menſuras quaſdaʒ: tanqʒ ſi dice/
ret vrnas amphoras vel aliud huiuſmodi.
Metron eni menſurã dicunt greci inde ap/
pellate metrete. BEDA. Quod autem ait
Binas vel trinas: nõ ita accipiendum ẽ ꝙ
alie binas alie trinas: ſed eedem ipſe caperẽt
binas que etiaʒ trinas. Sequitur: Dixit eis
Ieſus: Implete hydrias aqua: ⁊ ipleuerunt
eas vſqʒ ad ſummum. CHRY. Sed q̃/
re anteqʒ ipleuiſſent hydrias aqua: non fe/
cit ſignũ: quod multo mirabilius eſſet: qr .ſ.
aliud eſt ſubſtãtiam in aliam qualitatem trãſ
mutare: ⁊ ipſam ſubſtantiam ex nihilo face/
re quod quidem mirabilius eſt ſed nõ ita vi/
detur credibile multis. Propterea eni mul/
totiens a miraculorum magnitudine abſtiet:
volẽs magis credibile eẽ qḋ fiebat: cuʒ hoc
⁊ peruerſa dogmata euertit. quia enim ſunt
quidam q mundi conditorem alium eſſe di/
cunt: plura miraculorum ex ſubiectis ſubſtã
tijs facit ſi enim contrarius ei eſſet qui condi
tor eſt mundi: non vtiqʒ alienis vteretur ad
proprie virtutis demonſtrationem. non au
tem ipſe aquam hauſit ⁊ tunc vinum oſten
dit: ſed hoc iubet miniſtris vt eos teſtes ha/
beret eius quod fiebat. vnde ſequitur: Et di
cit ei ieſus. Haurite nunc ⁊ ferte architricli
no. ALCV. Triclinium ordo trium lecto
rum clinon lectum ſignificat. Architriclinus
princeps triclinij .i. primus inter conuiuas
qui more antiquo in lectis diſcumbebãt. vn/
de quidã architriclinum intelligunt aliquem
ex ſacerdotibus iudeorum qui nuptijs iter/
eſſe poterãt vt illos inſtrueret qualiter nup/
tijs vti deberent. CHRY. Vel aliter: qa
aliqui poſſent dicere ꝙ conuiue ebrij erant: ⁊
ſenſus iudicantium corruptus vt neſcirent
vtrum aqua vel vinum eſſet: hi aũt quibꝰ mi
niſtratio conuiuiorum credita eſt maxime vi
giles ſunt vnum opus habentes vt ornate ⁊
ordinate omnia diſponantur: ideo i teſtimo
nium eorum que fiebant dixit dñs: Ferte ar
chitriclino propter euigilantem eis ſenſum:
⁊ non dixit: Propinate diſcumbentibus.
HILA. iij. de trini. Aqua igitur hydrijs
ifunditur: vinum calicibus hauritur: infun/
dentis ſcientie ſenſus non conuenit haurien
tis. Qui infuderant hauriri aquã exiſtimãt
qui hauriũt vinum infuſum arbitrantur. vñ
ſequitur: Vt autem guſtauit architriclinus
aquam vinum factam: ⁊ non ſciebat vñ eẽt:
miniſtri autem ſciebant qui hauſerant aquaʒ
vocat ſponſum architriclinus. Non autem
aque ſimplicitas defecit: ⁊ vini ſapor natus
eſt: non per tranſfuſionem potioris obtine/
tur quod infirmius eſt: ſed aboletur qḋ erat:
⁊ quod non erat cepit. CHRY. Paula/
tim autem dominus volebat cognoſci ſuoꝝ
ſignorum virtutem: ⁊ ideo neqʒ ipſe reuela/
bat quod factum eſt: neqʒ miniſtros architri
clinus vocauit. Non eſſet eis creditum pu/
ro homine exiſtimato: tale teſtimonium red/
dentibus: ſed vocat ſponſum qui maxime

poterat conſpicere quod fiebat. non ſimplici
ter autem chriſtus vinum: ſed vinū optimū
fecit: vnde ſequitur. Et dicit ei: Omnis ho
mo primum bonum vinum ponit ꝛc. Talia
enim ſunt chriſti miracula: vt multo his que
per naturaꝫ fiunt: ſpecioſiora ⁊ vtiliora fiāt.
igitur aqua vinum facta miniſtros teſtes ha
buit: boni vero vini facti architriclinum et
ſponſum probabile autem eſt ⁊ ſponſum ali
quid reſpondiſſe: ſed euangeliſta hoc preter
mittit: tangens ſolum id quod neceſſarium
eſt ſcire. ſ. quoniam vinum aquam fecit. vn
de ſtatim ſubdit: Hoc fecit initium ſigno-
rum ieſus in chana galilee. Tunc enim ſi
gna maxime neceſſarium erat facere: quan
do diſcipuli iam congregati erant deuoti:
⁊ attendentes his que fiebant: manifeſte ade
rant. Si vero dixerit quis non eſſe argumē
tum ſufficiēs: vt hoc ſit pͥncipiū ſignoꝝ: qa
additur. In chana galilee: quaſi cōtingat ali-
bi prius eſſe facta. Dicemus quod ⁊ antea
diximus: quia ioannes dicit. Vt manifeſtet
iſraeli propterea veni baptizans. Si vero ſꝫ
priuā etatē miracula fecit: nequaꝙꝫ idigebāt
iſraelite alio manifeſtāte eū. Qui. n. i breui
tempore ita ꝑ miraculorū multitudinē claru-
it: vt eius nomē manifeſtum fieret omnibꝰ:
multomagis ſi puer exiſtēs a pria etate mira
cula feciſſet. Nam ⁊ ea que fierent inopina-
biliora exiſtimarentur ab infante facta: ⁊ tē-
pus amplius eſſet. Decenter autem non īce
pit ſigna facere ex pria etate: exiſtimaſſet enī
phantaſiam eſſe incarnationeꝫ ⁊ ante oppor
tunum tempus cruci eum tradidiſſent liuo-
re liquefacti. AVG. Hoc autem miracu-
lum domini quod de aqua vinum fecit: non
eſt mirum eis qui nouerunt quia deus fecit.
Ipſe enim fecit vinum illo die in hydrijs q
omni anno hoc facit in vitibus: ſed hoc aſſi
due amiſit admirationem itaqꝫ ſeruauit ſibi
deus inuſitata quedam que faceret: vt tanqꝫ
dormientes homines ad ſe colendum mira-
biliter excitaret: propter qḋ ſequitur: Et ma
nifeſtauit gloriam ſuam. ALCV. Quia
ipſe eſt rex glorie qui ſicut dñs clemēta mu-
tabat. CHRY. Et hoc q̄ntū ex parte ſua.
Si vero ⁊ tunc multi non cognouerunt: ſed
tamē omnes poſtea erant miraculum auditu
ri. Sequitur. ⁊ crediderunt in eum diſcipu-
li eius. Hi enim debebant credere: ⁊ facili-
us ⁊ cum diligentia attēdere his que fiebāt.
AVG. de con. euan. Sed ſi tunc i euꝫ cre
diderunt: nōdū erant diſcipuli cum ad nu-
ptias vocati ſūt: ſed illo more locutiōis ħ di-
ctum eſt quo loquimur: cum dicimus apoſto
lum paulum in tarſo cilitie natum: neqꝫ eniꝫ
tunc iam erat apoſtolus: ita diſcipulos chri-
ſti inuitatos ad nuptias cum audimus: non
iam diſcipulos ſed qui futuri erant diſcipu-
li intelligere debemus. AVG. Illa autem
myſteria que in iſto miraculo domini latent
videte: oportebat impleri in chriſto que de
illo ſcripta erant: illa erat aqua. fecit auteꝫ de
aqua vinum cum aperuit eis ſenſum ⁊ expo
ſuit ſcripturas ſic enim ſapit quod non ſa-
piebat: ⁊ inebriat quod non inebriabat. BE
DA. Apparente enim domino in carne:
vinoſa legalis ſenſus ſuauitas paulatim ce-
perat ob carnalem phariſeorum interpreta-
tionē a priſca ſua virtute deficere. AVG.
Si autem iuſſiſſet aquam effundi ⁊ ipe mit-
teret vinum ex occultis creature ſinibus vi-
deret ſcripturas veteres improbaſſe. Cum
autem ipſam aquam conuertit in vinum: oñ
dit nobis ꝙ ⁊ ſcriptura vetus ab ipſo eſt: nā
iuſſu ipſius implete ſunt hydrie: ſed nihil ſa
pit illa ſcriptura ſi non ibi chriſtus intelliga-
tur. nouimus autem legeꝫ ex quibus tempo
ribus narret. i. ab exordio mundi. Inde vſ-
qꝫ ad hoc tempus quod nunc agimus ſexta
etas eſt. nam prima etas computatur ab adā
vſqꝫ ad noe: ſecunda a noe vſqꝫ ab abraam:
tertia ab abraam vſqꝫ ad dauid: quarta a da
uid vſqꝫ ad tranſmigrationem babylonis:
quinta vſqꝫ ad ioannem baptiſtam: ſexta in-
de vſqꝫ ad finē ſeculi. Sex ergo ille hydrie
ſex etates ſignificant: quibus non defuit pro
phetia. Implete ſunt prophetie plene ſūt hy-
drie. Quid eſt autem capiebant metretas bi
nas vel trinas. Si trinas tantum diceret: nō
curreret animus noſter niſi ad myſteriuꝫ tri
nitatis. Sed forte nec ſic debemus inde ſen
ſum auertere: quia dixit binas vel trinas: qꝛ
nominato patre ⁊ filio conſequenter ⁊ ſpiri-
tuſſanctus intelligendus eſt. Oportet eniꝫ
intelligi caritatem inuicem patris ⁊ filij qḋ ē
ſpirituſſanctus. Sed eſt ⁊ alius intellectus ñ
pretermittendus: bine enim metrete intelli-
guntur in duobus generibus hominum. i.
iudeis ⁊ grecis: tres autem propter noe tres

ſilios ſignificatos. ALCVI. Miniſtri āt
ſunt doctores noui teſtamēti qui ſcripturas
alias ſpiritualiter interpretantur. Architri/
clin⁹ autem eſt aliquis legiſperitus vt nicode
mus: gamaliel: ſaulus. Quibꝰ ergo talib⁹ euā
gelij verbum cōmittitur: quod in littera le/
gis occultabatur: quaſi vinum de aqua factū
architriclino propinatur. Et bene ī domo nu
ptiarum tres ordines diſcumbentium deſcri
buntur quia eccleſia tribus ordinibus fideli/
um conſtat: coniugatorum: continentium: ⁊
doctorum. Optimum autem vinum chriſt⁹
vſqꝫ ad huc ſeruauit. i. euangelium vſqꝫ ad
ſextam etatem diſtulit.

¶ Dominica ſecunda: Mathei
octauo capi.

CUm deſcendiſſet ieſus
de monte: ſecute ſunt eūz
turbe multe: ⁊ ecce hō le/
proſus veniens adorabat
eum dicens: Domine ſi
vis potes me mundare. Et extendēs
ieſus manum: tetigit eum dicēs: Uo/
lo: mundare. Et confeſtim mundata
eſt lepra eius. Et ait illi ieſus: Uide
nemini dixeris: ſed vade oſtende te ſa/
cerdoti: ⁊ offer munus tuūz quod pre
cepit moyſes in teſtimonium illis.
HIERO. Poſt predicationem atqꝫ do/
ctrinam: ſignorum offertur occaſio: vt ꝑ vir
tutum miracula preteritus apud audientes
ſermo firmetur. CHRY. Quia enim q̄ſi
poteſtatem habens docebat vt non eſtimare
tur oſtenſio eſſe hic doctrine modus operib⁹
hoc idem facit: quaſi poteſtatem habens cu/
rare. Et ideo dicit: Cum deſcen. de mon. ſe
cu. ſunt eum tur. mul. ORIGE. Docē/
te enim domino in monte: diſcipuli erant cū
ipſo quibus erat datum celeſtis doctrine noſ
ſe ſecreta. Nunc autē deſcendente eo de mō
te: turbe ſecute ſunt eum: que in montez aſcē
dere nequaq̄ꝫ poterāt: quia quos delictorum
ſarcina deprimit: ad myſteriorum ſublimia
ſcandere non valent. Deſcendente autēz do
mino: hoc eſt inclinante ſe ad infirmitatem ⁊
impotentiam ceterorum: miſertus eſt imper
fectioni eorum vel infirmitati. ſecute ſunt eū
turbe multe: quidam propter claritatem: ple
riqꝫ propter doctrinam: nonnulli propter cu
rationem ⁊ adminiſtrationem. AIMO.
Vel aliter: Per montem in quo domin⁹ ſe
det celum intelligitur: de quo ſcriptum eſt:
Celum mihi ſedes eſt. Sed cum dominus
in monte ſedet: ſoli diſcipuli ad eum aſcen/
dunt quia anteq̄ꝫ fragilitatis noſtre humani
tatem aſſumeret: notus erat tantum in iudea
deus. At vero poſtq̄ꝫ de monte ſue diuinitatis
deſcendit: ⁊ humanitatis noſtre fragilitatem
aſſumpſit: magna turba nationum ſecuta eſt
eum. Demonſtratur autem doctoribus: vt
in predicatione ſua ſermonem habeant tem
peratum: ⁊ ſicut viderint vnumquēqꝫ cape/
re poſſe: ita ⁊ verbum dei annuncient. Aſcē
dunt enim in montem doctores: cum perfe/
ctioribus excellentia precepta oſtendunt: de/
ſcēdūt vero cū īfirmiorib⁹ leuiora demōſtrāt.
CHRY. ſuper math. Inter ceteros autēz
qui montem non aſcenderāt: ⁊ leproſus ſur
ſum aſcendere non valebat quaſi peccatorūz
baiulans pondus. Lepra enīz eſt peccatum
animarum noſtrarum. Ideo ergo dominus
de altitudine celi quaſi de excelſo monte de/
ſcendit vt leprāz peccatorum noſtrorum mū
daret. Et ideo quaſi iam preparatus deſcen/
denti occurrit propter quod dicitur: Et ecce
leproſus veniens. ORIGE. Deorſum
currit ⁊ in mōte nihil dicit: quia tempus eſt
omni rei ſub celo tempus doctrine: ⁊ temp⁹
curationis. In monte docuit: animas cura/
uit: corda ſanauit: quibus completis ſicut de
celeſtibus montibus ad ſaluandos carna/
les deſcendente: venit ad eū leproſus ⁊ ado
rabat eum anteq̄ꝫ peteret. adorare cepit: cul/
tum oſtendēs. CHRY. ſuper math. Nō
enī illū petebat q̄ſi hoīem artificē: ſꝫ adora/
bat eū quaſi deū. Uero aūt ꝑfecta ē fides ⁊ cō
feſſio. vñ leproſus fidei op⁹ adorās ipleuit:
ſꝫ op⁹ ꝯfeſſiōis ipleuit ī vbis. vñ adorabat
eum dicens: ORI. Domine per te oīa fa
cta ſūt: tu ergo ſi vis potes me mūdare. Vo
lūtas tua opus eſt: ⁊ opera tue voluntati obe
diunt. Tu prius naamā ſyruꝫ ꝑ heliſeum a

lepꝛa mundaſti: ⁊ modo ſi vis potes me mū
dare. CHRY. in ho. Nō dixit: Si roga/
ueris deum: neqꝫ ſi adoꝛaueris ſed ſi volue/
ris: potes me mundare. Neqꝫ dixit: domie
munda: ſed ei totum concedit: ⁊ dominū eū
facit: ⁊ poteſtatem vniuerſoꝛum ei attribuit.
CHRY. ſuper math. Et ita ſpirituali me/
dico ſpiritualem offerebat mercedem. nam ſi/
cut medici pecunijs: iſte oꝛatione: placatur.
Nihil eniꝫ dignius offerimus deo q̄ꝫ oꝛatio
nem fidelem. In hoc autem ꝙ dicit: Si vis.
non dubitat chriſti voluntatem ad oē opus
bonum paratam: ſed quia non omnibus ex/
pedit coꝛpoꝛalis integritas: neſciebat vtrum
ei expediebat curatio illa. Dič ergo: Si vis.
ac ſi diceret: Credo. quia quod bonuꝫ ē vis:
ignoꝛo autem ſi eſt nihil quod deſidero bo/
num. CHRY. in homi. Cum autem vo
luntate ac ſermone purgare poſſet: manꝰ ap
poſuit tactum. vnde ſequitur: Et extendens
manum tetigit eum. vt oſtendat qm̄ non ſub
iacet legi: ⁊ qm̄ mundo iam nihil eſt imun/
dum. Heliſeus aūt obſeruans legis diligē
tiam: non exiuit ⁊ tetigit naaman: ſed mittit
eum ad ioꝛdanem lauanduꝫ. Dominus aūt
monſtrat: qm̄ non vt ſeruus: ſed vt dominꝰ
curat ⁊ tangit. Non enim manus a lepꝛa fcā
eſt immunda: ſed coꝛpus lepꝛoſum a manu
ſancta conſtitutum eſt mundum. Non enim
coꝛpoꝛa ſolum curaturus aduenit: ſed ⁊ ani/
mam in veram ſapientiam ducturus. Sicut
igitur manibus non lotis iaꝫ non manduca
re pꝛohibebat: ita ⁊ hic erudit qm̄ opoꝛtet ani
me lepꝛam foꝛmidare ſolam: quod eſt pecca/
tum: lepꝛam autem coꝛpoꝛis nullum impedi
mentum eſſe ad virtutem. CHRY. ſuper
math. Quamuis autem litteram legis ſolue/
rit: pꝛopoſitum tamen eius non ſoluit. Ideo
tamen lex iuſſit non tangere: quia non pote/
rat facere vt lepꝛa non ſoꝛdidaret tangenteꝫ:
ergo vetuit tangere lepꝛam: non vt lepꝛoſi ñ
ſanarentur: ſed vt tangentes non inquinarē
tur. Iſte autem tangens non inquinatus eſt
a lepꝛa ſed ipſam lepꝛam mundauit tangen/
do. DAMA. Non enim deus ſoluꝫ erat:
ſed homo vnde per tactum ⁊ per ſermonem
diuina ſigna operabatur: vt enim per oꝛga/
nuꝫ: ita per coꝛpus diuine pficiebantur actio
nes. CHRY. in ho. Cum autem lepꝛo/
ſum tangit nullus eum incuſat: q: nondum

inuidia detenti erant auditoꝛes. CHRY.
ſuper matheum: Si autem tacite eum curaſ
ſet: quis ſcire poterat cuius virtute ſanatus
eſſet: Igitur voluntas mundandi facta eſt ꝓ
pter lepꝛoſum. Verbum autem propter ſpe
ctantes. Ideo dixit: Volo mūdare. HIE.
Non autem vt pleriqꝫ latinoꝛum putat iun/
ctim legendum eſſe: Volo mundare. ſed ſe/
paratim. Volo deinde imperās dicat: Mū
dare. Ille enim dixerat: Si vis. dominꝰ re/
ſpōdit volo. Ille pꝛemiſerat: Potes me mū
dare. dñs dixit Mundare. CHRY. i ho
mil. Nuſq̄ꝫ aūt vr̄ dicere hoc verbuꝫ: q̄ꝫuis
magna ſigna faciens: ſed hic ꝓpterea appo
ſuit Volo: vt opinionē plebis ⁊ lepꝛoſi ď eiꝰ
poteſtate cōfirmaret. CHRY. in ho. Ceſ
ſit autem mandanti natura cum decenti velo
citate. Et ideo ſequitur: Et confe. mun. eſt
le. eius. ſed hoc quod dicit: Confeſtim mul/
tum eſt tardius velocitate que ſm opus ē fa
cta. ORIGE. Quia enim non dubitauit
credere: non tardatur ſanatio: qui non diſtu
lit confeſſionem: non differtur mundatio.
AVGV. de con. euan. Huius aūt lepꝛo
ſi mundati: quem lucas meminit: non ſane
hoc oꝛdine: ſed vt ſolent pꝛetermiſſa recoꝛda
ri: poſterius facta pꝛeoccupari: ſicut diuinitꝰ
ſuggerebantur: vt antea cognita poſtea recoꝛ
dando reſcriberēt. CHRY. in homi. Cu
rans aūt eius coꝛpꝰ iubet nulli dicere. vnde
ſequitur: Et ait illi ieſus: vide nemini dixe/
ris. Quidaꝫ igitur aiunt qm̄ ideo iuſſit hoc:
vt nō malignenť circa eius purgationeꝫ: qď
inſipienter dicitur. Non enim ita mūdauit:
vt dubitabilis eſſet mundatio ſed nulli dice/
re iubet: docens non diligere oſtentationem
⁊ honoꝛem. Qualiter igitur alij ſanato iubet
dicere: Sed in hoc erudiuit nos bone men/
tis eſſe. Non enim illic diuulgari ſe iuſſit: ſꝫ
dari gloꝛiam deo. per lepꝛoſum ergo hunc i
ſtruit nos non eſſe vane gloꝛioſos: per illuꝫ
auteꝫ non eſſe ingratos ſed omnia ad laudē
dei referre. HIE. Et reuera qd erat neceſſe
ꝙ ſmone iactaret: qď coꝛpoꝛe pferebat. HI
LA. Vel vt ſalus hec nō offereť potiꝰ q̄ꝫ q
rereť ſilētiū iperat. Seqť: Sꝫ vade oſtēde te
ſacerdo. HIE. Mittit āt eū ad ſacerdotes:
pmū pp humilitatē: vt ſacerdotibus deferre
videať: deīde vidētes lepꝛoſum mundatū ſi
crederēt ſaluatoꝛi: ſaluareń. ſi vero nō cre/

derent: iexcuſabiles fierent: ⁊ ſimul ne quod
in eo ſepiſſime criminabantur: legem infrin
gere videretur. CHRY. in home. Neqꝫ
enim vbiqꝫ eam diſſoluebat: neqꝫ vbiqꝫ cu/
ſtodiebat: ſed quandoqꝫ quidem hoc quādo/
qꝫ illud faciebat: in vno quidem future ſapi/
entie preparans vitam: in altero autem inue
recūdam iudeorum cohibens linguam: ⁊ cō
deſcendens imbecillitati eorum. Unde apo
ſtoli apparent quādoqꝫ quidē obſeruātes le/
gem: quādoqꝫ autem eā pretermittentes.
ORI. Uel mittit ad ſacerdotes vt cogno/
ſcant: quia non per legis cōſuetudinē mun/
datus eſt: ſed per gratie opationē. HIE.
Erat aūt in lege preceptū: vt qui mūdati fue
rāt lepra: offerrent munera ſacerdotibꝰ. vn/
de ſequit: Et offer munus tuum quod prece
pit moyſes in teſti. illis. CHRY. ſup ma
the. Non ſic intellige quia hoc moyſes prece
pit in teſtimonium illis: ſed vade tu offer in
teſtimonium illis. CHRY. in ho. preui/
dens eniꝫ chriſtꝰ eos ex hoc nihil pfecturos:
nō dixit: In emēdationem eorū: ſed In teſti
moniū. i. in accuſationē ⁊ atteſtationē: qm̄ q̄
a me erant fienda: oia facta ſunt. Et lꝫ eos p̄
uiderim non emēdari: nō tamē dimiſit q̄ fa
cere oportebat. Illi aūt in propria manſerūt
malicia. Non autem dixit: munus qđ ego iu
beo: ſed quod moyſes iuſſit. vt interim trāſ
mittat ad legem: ⁊ iniquorum obſtruat ora.
vt enim nō dicāt: qm̄ ſacerdotū gloriā rapu/
it: opus quidem ipſe ipleuit: pbationē autēꝫ
illis conceſſit. ORI. Uel offer munus tu
um. vt omnes qui vident te portare: miracu
lo credant. CHRY. ſuper mathe. Uel iō
iubet offerri munera: vt ſi poſtmodū euꝫ ex/
pellere vellēt diceret eis: munera quaſi a mū
dato accepiſtis: ⁊ quomodo me quaſi lepro/
ſum expellitis? HILA. Uel legendū ē qđ
moyſes precepit in teſtimonium illis: qꝛ qđ
moyſes in lege p̄cepit: teſtimonium ē nō ef/
fectus. BEDA. in ho. Siquē aūt moueat:
quō dn̄s cum videatur moyſi ſacrificium ap
probare: id eccleſia nō recipiat? meminerit qꝫ
nondum chriſtus corpus ſuum optulerat p̄
paſſionem in holocauſtuꝫ. Non autēꝫ opor
tebat auferri ſignificantia ſacrificia prius q̄ꝫ
illud quod ſignificabat cōfirmatuꝫ eſſet teſti
monio apoſtolorum predicātium: ⁊ fide cre/
dentium populorum. Uir autē iſte genꝰ hu/
manum deſignat: qui nō ſoluꝫ leproſus: ve
rum etiam iuxta euāgeliū luce plenus lepra
fuiſſe deſcribitur: Omnes enī peccauerūt:
⁊ egent gloria dei. illa. ſ. vt extēta manu ſal/
uatoris: hoc eſt īcarnato dei verbo humanā/
qꝫ cōtingente naturā: ab erroris priſci vani/
tate mūdentur. ⁊ quia diutius abominabiles
⁊ a caſtris populi dei eiecti iam aliquādo tē/
plo redditi ⁊ ſacerdoti: queant offerre cor/
pora ſua hoſtiam viuentem: illi. ſ. cui dicit:
Tu es ſacerdos in eternuꝫ. REMI. Mo
raliter aūt per leproſuꝫ deſignatur peccator:
nam peccatū īmundam ⁊ variam aiāꝫ facit:
qui ante chriſtuꝫ procidit: quādo de priſtinis
peccatis cōfundit: ⁊ tn̄ debet cōfiteri ⁊ reme
dium pn̄ie poſtulare. nam leproſus vulnus
oſtendit: ⁊ remedium poſtulauit. Extēdit āt
dn̄s manū qn̄ auxiliū diuine miſeratiōis im
pendit: ⁊ ſtatim cōſequitur remiſſionē deli/
ctorum: nec debet eccleſie eidem recōciliari:
niſi iudicio ſacerdotis.

¶ Cum autem introiſſet capharna/
um: acceſſit ad eum centurio: rogans
eum ⁊ dicens: Domine puer meus ia
cet in domo paralyticꝰ: ⁊ male torque
tur. Et ait illi ieſus: Ego veniam: et
curabo eum. Et reſpondens centurio
ait: Domine non ſuꝫ dignus vt itres
ſub tectum meum: ſed tantum dic ver
bo ⁊ ſanabitur puer meus. Nā ⁊ ego
homo ſum ſub poteſtate conſtitutus
habens ſub me milites: ⁊ dico huic va
de ⁊ vadit: ⁊ alio veni ⁊ venit: ⁊ ſeruo
meo: fac hoc ⁊ facit.

CHRY. ſup math. Poſtq̄ꝫ dn̄s diſcipu
los docuit in monte: leproſuꝫ āt ſanauit ſub
mōte: venit capharnaum ī myſterio: qꝛ poſt
iudeorū mūdationē venit ad gētis. AY/
MO. Capharnaū enī que villa pinguedi/
nis iterpretatur: ſiue ager cōſolationis: eccle
ſiā que ex gentibus eſt collecta ſignificat: que
ſpiritali pinguedine ē repleta: ſm̄ illud: Si/
cut adipe ⁊ pinguedine repleatur aia mea.
Et inter p̄ſſuras ſeculi de celeſtibus conſola/
tur: ſm̄ illud: Cōſolatiōes tue letificauerunt
aiam meā. vnde dicit: Cū āt itroiſſet caphar
naum: acceſſit ad eum centurio. AUG. de

ver. do. Iſte cēturio de gentibus erat. Iam
enim de iudea gens habebat militem roma/
ni īperij. CHR. ſup math. Cēturio āt iſte
primus fructꝰ ex gentibꝰ: ad cuiꝰ fidei cōpa/
ratione oium iudeorum fides īfidelitas eſt i
uenta: q neqꝫ chriſtum audiuit docentē neqꝫ
leproſum cum mūdaret aſpexit: ſed audita tā
tūmodo ſanitate leproſi: plus credidit ꝙ au/
diuit. erat enim in myſterio gentium futura
rum: que neqꝫ legem an prophetas legerant
de chriſto: neqꝫ ipſum chriſtum mirabilia fa
cientē viderūt. Acceſſit ergo rogās eū ⁊ di/
cens: Dn̄e puer meus iacet i do. para. ⁊ ma
le torquet. Vide aūt bonitatē centurionis q
ꝓ ſalute ſerui ſollicite feſtinabat quaſi nō dā
nū pecunie ſed ſalutis paſſurus in morte il/
lius. Nullam eni drīam eſtimabat inter ſer/
uum ⁊ dn̄m: qꝛ ⁊ſi dignitas i hoc ſeculo di/
uerſa eſt inter illos: vna tn̄ eſt illis natura.
Fidem autem centurionis vide: qꝛ nō dixit
veni ⁊ ſalua eum: qꝛ ⁊ ille conſtitutus in oi
loco erat pn̄s. ſapientiam aūt: quia nō dixit:
hic cōſtitut us ſalua eum: ſciebat enim quia
potēs ē ad faciendum: ſapiens ad intelligē/
dum: miſericors ad exaudiendum: iō īfirmi
tatē tm̄ expoſuit. Remedium aūt ſanitatis i
ptāte miſericordie eius dimiſit dicēs: Et ma
le torquet. In quo apparet qꝛ diligebat euꝫ.
Nā vnuſqſqꝫ quē diligit ⁊ſi modice fuerit
tediatus: grauius eū putat habere ꝙ habet.
RABA. Oīa iſta cū dolore cognomina/
uit ⁊ iacētem ⁊ paralyticū ⁊ male detentum:
iō vt aīe ſue anguſtias demonſtraret ⁊ dn̄m
cōmoueret: ſic debēt oēs cōdolere ſeruis: et
eorū curā habere. CHRY. in ho. Quidā
autē dicūt qm̄ excuſans ſe in h cām dixit pro
pter quā nō ipſum adduxit. Neqꝫ eni poſſi/
bile erat diſſolutū eū cum torqueret: ⁊ ad vl/
tima eſſet expirationes portari. Ego auteꝫ
ſignū hoc eē magne fidei dico: qꝛ enim ſcie/
bat ꝙ ſola iniunctio ſufficeret ad reſtauratōeꝫ
iacētis ſupfluū eſtiabat eū ducere. HILA.
Iacētes aūt i ſeculo: ⁊ peccatorū morbis diſ/
ſolute: ſpiritaliter gētes eſtimāde ſunt: oībꝰ
vndiqꝫ mēbris fluidis ⁊ ad cōſiſtēdi officiuꝫ
gradiendiqꝫ corruptis quarū ſalutis ſacrm̄ i
puero cēturionis explet: ꝙ ſatis dictum ſit
pncipem eē gentium crediturarū. Quis aūt
ſit hic pnceps: cāticū moyſi in deuteronomio
docet: vbi. ſ. dr̄: Cōſtituit terminus gentiuꝫ

iuxta numerum angelorū. REMI. Vel p
centurionē deſignant q primi ex gentibꝰ cre
diderunt: ⁊ perfecti i virtutibus fuerūt. Cē
turio eni dicit q centū militibus preeſt: cente
narius āt numerꝰ pfectus ē. Recte ḡ centu/
rio ꝓ puero ſuo rogat qꝛ pmitie gētiū ꝓ ſa/
lute totius gētilitatis deū rogauerūt. HIE.
Videns aūt dn̄s cēturionis fidē humilitatē
⁊ prudētiā: ſtatim ſe ituꝝ eē pmittit. vnde ſe
quit: Et agit illi ieſus. Ego veniā ⁊ curabo
eum. CHRY. in ho. Qđ nūqꝫ fecit hic:
facit ieſus. vbiqꝫ eniꝫ ſequit volūtatē ſuppli
cātium hic aūt pſilit ⁊ nō ſolū curare pmittit
ſed ire ad domū facit hoc vt diſcamus centu
rionis virtutes. CHRY. ſup math. Ni/
ſi eni ille dixiſſet: Veniā ⁊ curabo eū. nūqꝫ
iſte reſpōderet: Non ſuꝫ dignus. deīde qm̄
ꝓ ſeruo petebat: iō ire pmiſit: vt nos doceat
nō colere magnos: ⁊ cōtēnere modicos: ſed
paupes ⁊ diuites ſimiliter honorare. HIE
RO. Sicut āt in cēturione cōmēdamus fi
dem: eo ꝙ credit paralyticū a ſaluatore poſſe
ſanari: ita pꝫ humilitas in hoc ꝙ ſe iudicauit
indignū: cuius tectū dn̄s itraret. vn̄ ſequit:
Et rn̄dens cēturio: ait illi: Dn̄e nō ſū dignꝰ
vt itres ſub tectū meū. RABA. Propter
cōſciam eni vite gētilis: grauari ſe magis di
gnatōe putauit ꝙ iuuari: cuiꝰ ⁊ſi fide predi/
tus: nōdū tn̄ erat ſacramētis inſtructus. AV
GV. đ ver. do. Dicēdo āt ſe idignū: pſtitit
dignū nō i cuius parietes: ſed i cuiꝰ cor ver/
bi dei chriſtus intraret. Neqꝫ hoc diceret cuꝫ
tāta fide ⁊ humilitate: niſi illū quē timebat in
trare domū ſuā corde guſtaret. nā n̄ erat ma
gna felicitas ſi ieſus intraret i parietes eiꝰ: ⁊
nō eſſet i pectore eiꝰ. SEVERIA. My
ſtice autem hoc tectum corpus ē qđ regit ani
mam: qđ libertatē mētis celeſti viſione in ſe
cōcludit: ſed deꝰ neqꝫ habitare carnē: neqꝫ te
ctū nr̄i corporis dedignat itrare. ORI.
Nūc ēt qn̄ ſancti ⁊ deo acceptabiles eccleſia/
rum antiſtites ſub tectum tuū intrāt: tūc ibi/
dem per eos dn̄s ingreditur: ⁊ tu ſic eſtimes
quaſi dn̄m ſuſcipiēs. Et qn̄ corpus ⁊ ſāgui
nē dn̄i manducas ⁊ bibis: tūc dn̄s ſub tectū
tuū igredit: ⁊ ḡ humiliās teipſū dicas: Dn̄e
nō ſū dignꝰ ⁊c̄. Vbi eni idigne ingredit: ibi
ad iudiciū igredit accipiēti. HIE. Prudē/
tiā āt cēturionis apparet i hoc: ꝙ vltra corpo
ris tegimē latentē vidit diuinitatē. vnde ſub

iungit: Sed tm̄ dic verbo ⁊ ſanabitur puer
meus. CHRY. ſup math. Sciebat enim
qm̄ aſtabāt illi inuiſibiliter angeli miniſtran/
tes q omne ꝟbū eius ꝟtunt in opus ꝙ etſi
angeli ceſſant: tm̄ īfirmitates ꝓceptis ei⁹ viua
cibus expellūtur. HILA. Dicit etiā cētu/
rio puerū voce poſſe ſanari: q: ſalus gentiū
omnis ex fide ē: ⁊ ꝓceptis dn̄i vita ē vniuer
ſorū. ⁊ ideo ſubiūgit dicens: Nā ⁊ ego ho/
mo ſum ſub ptāte cōſtitutus: hn̄s ſub me mi
lites. Et dico huic vade ⁊ vadit: ⁊ alij veni
⁊ ve. ⁊ ſuo meo fac hoc ⁊ facit. CHRY.
ſup math. Patris ⁊ filij myſteriū ſpūſācto
ſuggerēte depinxit: ac ſi diceret: Etſi ego ſū
ſub ptāte alterius: tm̄ habeo ptātem iubendi
eis qui ſub me ſunt: ſic ⁊ tu q̄uis ſis ſub po
teſtate patris. ſ. in q̄tū hō: hēs tm̄ ptātē iubē
di angelis. Sed forte dicet ſabellius volēs
oſtendere eundē eē patrē qui ⁊ filius eſt: ſic
hoc eē itelligēdū: Si ego ſub ptāte cōſtitut⁹
poſſum iubere: q̄tomagis tu q ſub nulli⁹ po
teſtate. Sed hāc expoſitionē nō recipit text⁹.
Nō enī dixit: Si ego hō ſub ptāte: ſꝫ dixit:
Nā ⁊ ego homo ſub ptāte. In q̄ pꝫ ꝙ iter ſe
⁊ chriſtum nō cōparationis dr̄iam fecit: ſed rō
nē ſilitudinis introduxit. AVG. de ver.
do. Si ego homo ſub poteſtate iubendi hēo
ptātem: qđ tu potes: cui omniū ſeruiūt pote/
ſtates? GLO. Potes p angelorū miniſte
ria ſine corporis pn̄tia dicere īfirmitati vt re
cedat: ⁊ recedet: ⁊ ſanitati vt veniat: ⁊ vēiet.
AYMO: Pn̄t āt p ſubiectos cēturionis
virtutes naturales itelligi: in quib⁹ plurimi
gētiliū pollebāt: vel etiaꝫ cogitationes bone
aut male. malis āt dicam⁹ vt recedāt ⁊ rece/
dēt: ſꝫ bonas vocam⁹: ⁊ veniēt: ſeruo quoqꝫ
nr̄o hoc ē corpori: vt ſubijciat volūtati diui/
ne. AVGV. de cō. euā. Huic āt qđ hic
dr̄: videt repugnare qđ ait lucas cū audiſſet
cēturio de ieſu: miſit ad eū ſeniores iudeorū
rogās eū vt veniret ⁊ ſaluaret ſeruū eius. ⁊
iterū ꝙ cū lōge eēt a domo miſit ad eū centu/
rio amicos dicēs: Dn̄e noli vexari: nō eniꝫ
ſū dign⁹ vt ſub tectū meū itres. CHRY.
i ho. Quidā āt dicūt: qm̄ ñ ē ideꝫ illic ⁊ hic:
qđ multas cōiecturas hꝫ. De illo enī ait: qm̄
ſynagogā nr̄aꝫ cōſtruxit: ⁊ gētē diligit. De
iſto āt ipo ieſus ait: Neqꝫ i iſrael tantā fidē
inueni. vnde videt iudeū illū eē: mihi āt vi/
det idē hic ⁊ ille eē. Sꝫ qm̄ lucas dicit: ꝙ mi/
ſit vt veniat: blanditias iudeorum inſinua/
uit. Cōueniens enim eſt credere centurionē
volentem abire prohibitum eſſe a iudeis blā
dientib⁹ ⁊ dicētib⁹: qm̄ nos adim⁹ ⁊ ꝯduci/
mus. Sed quādo ab eorū īmunētia erut⁹ ē:
tunc miſit dicens: Ne eſtimes ꝙ ꝑpter deſi/
diā nō veni: ſed q: me indignū eſtimaui vt
te in domum meā ſuſciperē. Quod āt ma/
theus ait nō p amicos: ſed p ſeipſum hoc eū
dixiſſe: nihil contrariū ē: vterqꝫ enim deſide
rium viri repreſentauit. Et qm̄ de chriſto de
centem opinionē habebat. Cōueniēs aūt eſt
opinari ⁊ ipſum poſtq̄ miſit amicos adue/
nientem per ſe hec dicere. Si aūt nō hoc di/
xit lucas: neqꝫ illud matheus nō ſibi cōtradi
cūt: ſed cōplēt que ab iuicē derelinquebant.
AVG. de cō. euan. Matheus ergo acceſ
ſum cēturionis ad dn̄m p alios factum com
pēdio dicere voluit: quia fidem eius qua ve/
re ad deum accedit: laudauit vt diceret. Nō
inueni tantam fidem in iſrael. Lucas autem
ideo totum quia geſtum eſt aperuit: vt ex hoc
intelligere cogeremur: qualiter cuꝫ accepiſſe
dixerit matheus: qui mentiri non potuit.
CHRY. in ho. Neqꝫ enim eſt contrariū
ꝙ fabricauit ſynagogam ſm̄ lucam: ⁊ ꝙ hi
oſtenditur non eſſe iſraelita: poſſibile enim
eſt iudeum non exiſtentem ⁊ ſynagogam fa
bricaſſe ⁊ gentem diligere.

¶ Audiens autem ieſus miratus ē:
⁊ ſequentibus ſe dixit: Amen dico vo
bis: non inueni tantam fideꝫ in iſrael.
dico autem vobis: ꝙ multi ab oriente
⁊ occidente venient ⁊ recumbent cum
abraam ⁊ iſaac ⁊ iacob in regno: celo/
rum: filij autem regni eijcientur in te/
nebras exteriores: Ibi erit fletus ⁊ ſtri
dor dentium. Et dixit ieſus centurio/
ni: Uade ⁊ ſicut credidiſti fiat tibi: et
ſanatus eſt puer ex illa hora.

CHRY. in ho. Sicut qđ leproſus dixe/
rat de chriſti ptāte: ſi vis potes me mūdare:
chriſti voce cōfirmatur dicentis: Volo: mū/
dare. ita ⁊ hic cēturioneꝫ de chriſti ptāte te
ſtantem non ſolum non accuſauit: ſed etiam
cōmendauit. Sed ⁊ amplius aliquid fecit:
intentionem enim laudis euangeliſta ſigni/

ficans dicit: Audiens aūt iesus miratus est. ORI. Attēde quantū sit aut quale qđ de⁹ vnigenitus miratur: aurū: diuitie: regna: p̄ncipatus in conspectu eius sunt tanq̄ vmbra vel terminos decidens. Nihil ergo hoꝝ in conspectu dei mirabile est: quasi magnū vel preciosuz: sz tm̄ fides hāc miraṫ honorificās hāc acceptabilē sibi estimat. AVGV. sup genesim ꝯtra manicheos: Quis aūt i illo fecerat illā fidē nisi ipse q admirabaṫ? q̄ si ⁊ alius eā fecisset vt qd mirareṫ q presciuis erat? Qđ ergo miraṫ dn̄s nobis mirādū eē significat: qb⁹ adhuc opus ē sic moueri. oēs. n. tales motus ei⁹ nō pturbati ai signa sunt: sed docētis magisteriū. CHRY. in ho. Vnde plebe oi p̄ñte admiratus eē dr̄: ⁊ alijs exēplum dedit: vt eū mirenṫ. Seqṫ eni: Et sequētib⁹ se dixit: Amē dico vobis: nō inueni tantā fidē in israel. AVGV. cōtra faustū: Fidē laudat illi⁹: nō aūt desertionē militie iperauit. HIERO. Hoc aūt de p̄ñtib⁹ loquiṫ: nō đ oib⁹ retro patriarchis ⁊ ꝓphetis. CHRY. sup math. Credidit. n. andreas sz ioāne dicēte: Ecce agnus dei. credidit petrus: sz euāgelizante sibi andrea credidit philippus: sz legēdo scripturas nathanael: ⁊ prius signū diuinitatis accepit: ⁊ sic fidei cōfessionē obtulit. ORI. Iair⁹ israelis p̄nceps ꝓ filia sua petēs: nō dixit: Dic verbo: sz veni velociter. Nicodem⁹ de fidei sacramento audiēs ait: Quō p̄t hoc fieri? Maria ⁊ martha dicūt: Dn̄e si fuisses hic: frater me⁹ non fuisset mortu⁹. quasi dubitātes q̄ vbiq̄ posset adesse dei potētia. CHRY. sup math. Aut si volumus fideliorē putare istū q̄z apostolos ita testimoniū christi itelligendū ē: q̄ vnūquodq̄ bonū hois ƀz quātitatē psone illius laudaṫ. rusticū eni dicere aliqd sapiēter magnū ē: qđ de philosopho nō ē mir: sic de centuriōe dictū est: i nullo tantā fidē inueni i israel. CHRY. in ho. Nō enim erit equale iudeū credere ⁊ gentilem. HIE. Vel forte in centuriōe fides gentiū preponiṫ israel. vn̄ subdit: Dico aūt vobis q̄ multi ab oriente ⁊ occidente venient. AVGV. de ver. do. Nō oēs ait: sz Multi: tn̄ ipse ab oriente ⁊ occidente istis duabus partibus totus orbis designatur. AYMO. Vel ab oriente vēniunt qui statī illuminati transeunt ab occidente: hi qui persecutionem vsq̄ ad mortē tolerauerunt ꝓ fide. vel ab oriente qs venit cū ab infantia deseruire incipit. ab occidente: dum in ipsa decrepita etate ad deum conuertitur. ORI. Sed quō alibi dicit: q̄ pauci sunt electi? per diuersas enim generationes pauci electi sunt: simul vero congregati in tempore visitationis multi inueniuntur. Sequitur. Et recumbent. non carnaliter iacentes: sed spiritaliter requiescentes. non tēporaliter potātes: sed eternaliter epulantes cum abraam isaac ⁊ iacob in regno celorum. vbi lux: exultatio: gloria: ⁊ longeuitas vite eterne. HIE. Quia autem deus abraaz celi conditor: pater christi est iccirco in regno celorum est: ⁊ abraam cuz quo accubiture sunt nationes que crediderunt in christum filium creatoris. AVGV. de ver. do. Sicut aūt videmus christianos vocatos ad celeste conuiuium: vbi est panis iusticia potus sapientia: ita videmus ⁊ iudeos reprobatos. vnde sequitur: Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Iudei. s. qui legem acceperunt: qui celebrant figura omnium futurorum que cum presentia non agnouerunt. HIE. Vel filios regni dicit iudeos quia in eis deus ante regnauit. CHRY. in ho. Vel filios regni eos dicit quibus regnum erat preparatum: quod ⁊ magis eos mordebat. AVGV. contra faustuz: Si ergo nō cōmendauit moyses populo israel dn̄i: nisi deū Abraā Isaac ⁊ Iacob: eūq̄ ipsum christus cōmendat: non est conatos illū populū auertere a deo suo: sed ideo minatus est eos ituros in tenebras exteriores q̄ auersos videret eos a deo suo in cuius regno gētes vocatas ex toto orbe terrarum recubituras dicit cum Abraā isaac ⁊ iacob: non ob aliud q̄z q̄ fidē tenuissent dei abraā ⁊ isaac ⁊ iacob. Quib⁹ non quasi in morte correctis: vel p⁹ passionē suā iustificatis testimoniū dn̄s perhibebat. HIERO. Tenebre aūt exteriores dicunṫ: qm̄ q a dn̄o expelliṫ foras: relīqt lumē. AYMO: Quid aūt ibi passuri sint manifestat cū subdit: Ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū. Per metaphorā enim mēbroꝝ penas describit tormentoꝝ. Solent. n. oculi fumo tacti lachrymas ꝓducere: dentes vero a nimio frigore stridere ostendiṫ ergo q̄ reprobi in iferno ⁊ calorē intolerabilē ⁊ frigus sustinebunt: ƀm illud Iob: Transiēt ab aquis

mulum ad calorẽ nimiũ. HIE. Si aũt fletꝰ
oculoꝝ eſt: ⁊ ſtridor dentiũ: oſſa demõſtrat:
vera eſt corpoꝝ ⁊ eorũdẽ mẽbroꝝ q̃ cecide-
rant reſurrectio. RABA. Vel ſtridor dẽ-
tium ꝓdit indignãtis affectũ: eo ꝙ ſero vnũ-
quẽq; peniteat: ſero ſibi iraſcatur: ꝙ tãz per-
tinaci iprobitate deliquit. REMI. Vel ali-
ter: Tenebras exteriores appellat exteras na-
tiones. quantũ. n. ad hiſtoriã attinet: predicit
dñs his verbis interitũ iudeoꝝ: qñ ꝓp infi-
delitatem ducendi erant captiui ⁊ diſpergen-
di ꝑ diuerſa regna terraꝝ. fletus eni ab igne
ſolet fieri: ſtridor dentiũ a frigore. Illis ergo
aſcribit fletus: q i calidioribus locis habitãt:
ſic̃ in india ⁊ ethiopia. Stridor vero dentiũ
illis aſcribit: q in frigidioribus locis cõmo-
rant: ſic̃ ẽ Hircãia ⁊ Scythia. CHRY.
ſup math. Ne qs aũt exiſtimet blanditiaruz
eſſe hec verba: qꝛ dictum erat: credere facit ſi-
gnũ. vnde ſequitur: Et dixit ieſus centurio-
ni: Vade: ⁊ ſicut crediſti fiat tibi. RA-
BA. Quaſi. d. ſm menſurã fidei fiat tibi ⁊
iſta gratia. Põt aũt meritum dñi ẽt famulis
ſuffragari: non ſolũ merito fidei: ſꝫ ẽt ſtudio
diſcipline. vñ ſequitur: Et ſanatus eſt puer
ex illa hora. CHRY. in ho. Vbi velocita-
tem admirare: neq; enim ſolum curare: ſed
inopinate: ⁊ in momento temporis hoc face-
re virtutem chriſti oſtendebat. AVGV.
de ver. do. Sicut enim dominus domuz cẽ-
turionis corpore non intrauit ſed abſens cor-
pore: preſens maieſtate pueruz ipm ſanauit:
ſic ⁊ i ſolo iudaico pplo corpore fuit: apud ali-
as gentes nec de virgine natus eſt: nec paſ-
ſus eſt: nec humana pertulit: nec diuina mi-
rabilia fecit: ⁊ tamen impletum eſt quod di-
ctum erat: Populus quez non cognoui: ſer-
uiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi: Iu-
dea. n. gens cognouit ⁊ crucifixit: orbis ter-
rarum audiuit ⁊ credidit.

## ¶ Dominica. iij. Mathei. viij. ca.

A Scendente ieſu in naui-
culam ſecuti ſunt eum di-
ſcipuli eius: ⁊ ecce motus
magnus factus eſt in ma-
ri: ita vt nauicula operire-
tur fluctibus. Ipſe vero dormiebat.
Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius:
⁊ ſuſcitauerunt eum dicentes: Domi-
ne ſalua nos: perimus. Et dicit eis ie-
ſus: Quid timidi eſtis modice fidei?
Tunc ſurgens imperauit vẽtis ⁊ ma-
ri: ⁊ facta eſt tranquillitas magna.
Porro homines mirati ſunt dicen-
tes: Qualis eſt hic: quia venti ⁊ mare
obediunt ei?

ORIGE. Cum multa magna ⁊ mirãda
oſtendiſſet chriſtus in terra: tranſit ad mare:
vt ibidem excellentia opera demõſtraret qua-
tenus terre mariſq; dominuz ſe eſſe cunctis
oſtenderet. vnde dicitur: Aſcendente ieſu in
nauiculam ſecuti ſunt eum diſcipuli eiꝰ. Nõ
imbecilles ſed firmi ⁊ ſtabiles i fide. Hi er-
go ſecuti eũ: non tñ greſſus eius ſequentes:
ſed magis ſanctitatẽ comitãtes. CHRY.
Accepit aũt diſcipulos ſecuz ⁊ in naui vt ad
vtraq; eos erigeret: ⁊ ad hoc ꝙ in periculis
non ſtupeſcerent: ⁊ ad hoc ꝙ in honoribus
moderata de ſe autument. vt enim non ma-
gna de ſe ſaperẽt: propter hoc ꝙ alijs dimiſ-
ſis eos retinuerat: ꝑmittit eos fluctuari. Vbi
enim miraculorum oſtenſio erat: plebem per-
mittit adeſſe. vbi autem tentationum ⁊ timo-
rum arreptio: athletas orbis terrarum quos
excitaturus erat: hos ſolos aſſumit. ORI.
Ingreſſus ergo nauiculam fecit turbari ma-
re. vnde ſequitur: Et ecce motus magnus
factus eſt in mari: ita vt nauicula operiretur
fluctibus. Hec tempeſtas non ex ſe orta ẽ:
ſed poteſtati paruit imperantis qui educit vẽ-
tos de theſauris ſuis. Facta eſt autem tem-
peſtas magna vt magnum opus oſtendere-
tur: qꝛ quanto magis fluctus nauicule irrue-
bant: tanto magis diſcipulos timor ꝯturba-
bat: vt plus deſiderarẽt ſe liberari ꝑ mirabi-
lia ſaluatoris. CHRY. Quia. n. viderãt
alios chriſti beneficia accepiſſe: non aũt ſimi-
liter aliqs eſtimat q̃ in alienis corporibus fi-
unt: ⁊ q̃ i ſeipſo oportuit ꝑ familiarẽ ſenſum
eos potiri beneficijs chriſti. ⁊ ideo voluit hãc
fieri tẽpeſtatẽ: vt ꝑ liberationẽ manifeſtiorẽ
accipiãt beneficij ſenſum. Erat aũt hec tur-
batio typus futuraꝝ tentationũ: de qbꝰ pau-

lus dic̄: Nolo vos ignorare fratres: qm̄ gra
uati ſum⁹ ſupra virtutē. Ut ergo daret tp̄s
formidini ſequit̄: Ipſe vero dormiebat. Si
enim vigilante eo facta fuiſſet tēpeſtas: vel
non timuiſſent: vel non rogaſſent: vel neqꝫ
poſſe ipſū tale aliqd facere crederēt. ORI
GE. Eſt aūt res mirabilis ⁊ ſtupenda: is q
nunqꝫ dormit neqꝫ dormitat dormire dicit̄.
Dormiebat qdē corpore ſed vigilabat deita-
te: demonſtrans qꝛ verum humanum porta
bat corpus: qđ corruptibile induerat. Corpo
re itaqꝫ dormiebat vt apoſtolos faceret vigi
lare: ⁊ ne oēs nos vnqꝫ aīo dormiam⁹. Tā
to aūt metu diſcipuli fuerant ꝯterriti ⁊ pene
aīo alienati: vt irruerent in eū: ⁊ non mode-
ſte ac leuiter ſuggererent: ſꝫ turbulenter ſu-
ſcitarent eū. vn̄ ſequitur: Et acceſ. ad eū di.
cius ⁊ ſuſci. euꝫ di. Dn̄e: ſalua nos perim⁹.
HIER. Huius ſigni typū i iona legim⁹:
qn̄ ceteris periclitantibus ipſe ſecurus eſt ⁊
dormit ⁊ ſuſcitatur. ORI. O veraces di-
ſcipuli Saluatorē vobiſcuꝫ habetis: ⁊ de pe
riculo timetis? Uita vobiſcum eſt ⁊ de mor-
te ſoliciti eſtis? Sed reſpondeant: paruuli ſu
mus ⁊ adhuc īfirmi: ideoqꝫ timemus. vnde
ſequit̄: Et dicit eis ieſus: Quid timidi eſtis
modice fidei? Quaſi diceret: ſi potentem me
ſup terram cognouiſtis: quare non creditis
ꝙ in mari potens ſim? Et ſi mors irrueret:
nōne debuiſtis eaꝫ conſtantiſſime ſuſtinere?
Qui modicū credit arguet̄: q nihil credit cō-
temnetur. CHRY. in ho. Si aūt aliqs di
xerit: qm̄ non fuit modice fidei: accedētes ex
citare ieſum: hoc ſignū fuit: ꝙ non decentem
de ipſo opinionē habebant. Nouerant ꝙ ex
citatus poterat mare increpare nondum aūt
ꝙ dormiens. Propter hoc ēt neqꝫ preſenti-
bus turbis hoc ſignum fecit: vt non accuſen
tur modice fidei: ſed diſcipulos ſolū accipi-
ens corrigit ⁊ prius ſoluit turbationē aqua-
rū. vnde ſequit̄: Tunc ſurgens iperauit vē-
tis ⁊ mari: ⁊ facta eſt tranquillitas magna.
HIE. Ex hoc aūt loco intelligimus ꝙ oēs
creature ſentiant creatorē. qbus. n. iperatur:
ſentiunt iperantem: non errore hereticorꝫ:
q oīa putant aīanti ſenſibilia eſſe: ſꝫ maieſta-
te conditoris q̄ apud nos īſenſibilia ſunt: illi
ſenſibilia ſunt. ORIGE. Imperauit er-
go ventis ⁊ mari: ⁊ de magno vento facta ē
tranquillitas magna. Decet enim magnum

magna facere: ⁊ ideo q prius magnifice con-
turbauit ꝓfundū maris: nunc iterū tranquil
litatē magnā fieri iuſſit: vt diſcipuli nimium
conturbati: magnifice letarētur. CHRY.
in ho. In hoc ēt oſtenditur ꝙ oīs ꝯfeſtim ſo
luta eſt tēpeſtas: ⁊ neqꝫ ſemita turbationis
remanſit: qđ quidē extraneū erat. Cum. n.
naturaliter fluctuatio terminat̄ vſqꝫ ad mul-
tum tp̄s aque concutiuntur: ſꝫ hic ſimul oīa
ſoluebant̄. vnde qđ đ patre dictū eſt: Dixit:
⁊ ſtetit ſpiritus procelle. hoc chriſtus opere ī-
pleuit. ſolo. n. verbo ⁊ precepto ſedauit ⁊ re
frenauit. A viſu aūt ⁊ a ſomno ⁊ ex vtendo
nauigio q aderant: cū hoīem eſtimabant pro
pter hoc in admirationē ceciderunt. vnde ſe
quitur: Porro hoīes mirati ſunt dicentes:
qualis ē hic: quia venti ⁊ mare obediunt ei?
GLO. Chryſoſtomus ponit hanc litterā:
Qualis eſt hic homo. ſomnus. n. ⁊ qđ appa
rebat hoīem demonſtrabat: ſꝫ mare ⁊ trangl
litas deū oſ̄ndebat. ORI. Sed qui hoīes
mirati ſunt? Non putes h̄ apl̄os ſignifica-
tos. nuſqꝫ. n. inuenimus preter honorē ꝯco-
gnominari: ⁊ dn̄i diſcipulos ſed ſemper aut
apoſtoli aut diſcipuli noīant̄. Mirabant̄ er-
go hi hoīes q cū eo nauigabāt: quoꝝ erat na
uicula. HIERO. Si aūt qs contentioſe
voluerit eos q mirabant̄ fuiſſe diſcipulos:
rn̄debimus recte ꝓhoīes appellatos: qꝛ nec-
dū nouerant potentiam ſaluatoris. ORI.
Non aūt interrogātes dicunt: qualis ē iſte?
ſed aſſerentes: qꝛ iſte talis eſt: cui venti ⁊ ma
re obediunt. Qualis ergo ē iſte. i. quantus:
qꝫ fortis: qꝫ magn⁹. Iubet oī creature: ⁊ nō
ſupergredit̄ iuſſionē ei⁹. ſoli hoīes reſiſtūt:
⁊ ideo in iudicio dānabunt̄. Myſtice autem
oēs in ſancte eccleſie nauicula cū dn̄o p hunc
vndoſum ſupnatamus mundū. Ipſe autem
dn̄s pio obdormit ſomno: patientiā noſtraꝫ
⁊ impioꝝ pn̄iaꝫ expectās. HILA. Uel dor
mit: eo ꝙ ſomno noſtro ꝯſopiatur in nobis.
Maxime aūt aliud accidit: vt a deo auxiliū ī
periculi metu ſperemus: atqꝫ vtinā vel ſpes
ſera ꝯfidat ſe periculū poſſe euadere: xp̄i itra
ſe vigilante virtute. ORI. Alacriter ergo
accedamus ad eum cum propheta dicentes:
Exurge quare obdormis domine. ⁊ ipſe im
perabit ventis. i. demonibus: ⁊ cōcitant flu-
ctus ideſt principes huius mundi ad perſe-
cutiones ſanctis immittendas: facitqꝫ tran-

quillitatẽ magnã circa corpus ⁊ ſpiritũ: pacẽ eccleſie: ⁊ ſerenitatẽ mũdo. RABA. Vel aliter: Mare eſt eſtus ſeculi. Nauicula quã chriſtus aſcẽdit: intelligit̃ arbor crucis: cuius auxilio fideles trãſactis mũdi fluctibus perueniunt ad celeſtẽ patriã quaſi ad littus ſecurũ: in qua chriſtus vna cũ ſuis aſcendit. vñ prius ait: Qui vult venire poſt me: abneget ſemet ipſum: ⁊ tollat crucẽ ſuã ⁊ ſequat̃ me. Cum ergo chriſtus in cruce poſitus fuiſſet: motus magnus factus ẽ: q꜡ cõmote ſunt mẽtes diſcipulorum de eius paſſione: ⁊ nauicula operta ẽ fluctibus: q꜡ tota vis perſecutõis circa crucem chriſti fuit. vbi. ſ. morte occubuit. vnde dictũ ẽ: Ipſe vero dormiebat. Suũ dormire mori ẽ. Excitant aũt diſcipuli dñm: dũ turba in morte: maximis votis reſurrectõnẽ q̃runt dicentes: Salua reſurgendo: q꜡ perimus turbatiõe tue mortis. Ipſe vero reſurgens increpat duritiã cordis eorum vt alibi legit̃. Imperauit aũt ventis: q꜡ diaboli ſupbiã ſtrauit. Imperauit mari: q vesaniã iudeorum deſiecit: ⁊ factã ẽ tranqllitas magna: q꜡ ſedate ſunt mẽtes diſcipulorum viſa reſurrectione. GLO. Vel nauicula ẽ eccleſia pñs in qua xp̄s cũ ſuis mare ſeculi tranſit: aquas perſecutorum cõpeſcit: vñ miremur ⁊ gratias agamus.

## ¶ Dominica. iiij. Mathei. xiij. ca.

Simile eſt regnum celorum homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. Cum autem dormirent homines venit inimicus eius ⁊ ſuperſeminauit zizania in medio tritici: ⁊ abijt. Cum autem creuiſſet herba ⁊ fructum feciſſet: tunc apparuerunt ⁊ zizania. Accedentes autem ſerui patriſfamilias: dixerunt ei. Domine nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Unde ergo habet zizania Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui aũt dixerunt ei: Uis imus ⁊ colligimus ea? Et ait: Non: Ne forte colligentes zizania eradicetis ſimul ⁊ triticum. Sinite vtraque creſcere vſq3 ad meſſem: ⁊ tempore meſſis dicã meſſoribus Colligite primũ zizania ⁊ alligate ea in faſciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum.

CHRY. In p̄cedẽti parabola locutus eſt dñs de his q verbũ dei nõ ſuſcipiũt: hic aũt de his q ſuſcipiũt corruptiuũ ſmonẽ. etenim hoc ẽ diabolice machinatõis veritati ſemper errorẽ inſerere. HIE. Propoſuit aũt aliam parabolã q̃ſi diues prfamilias: inuitatos diuerſis reficiẽs cibis vt vnuſq̇ſq3 ſm naturã ſui ſtomachi varia alimẽta ſuſcipet. Nõ aũt dixit: alterã ſ3 aliã. Si. n. ppoſuiſſet alteram expectare tertiã nõ poteramus: pmiſit aliã: vt plures ſequant̃. Que aũt ſit parabola oñdit̃ cũ ſubdit̃: Simile ſem̃ ẽ regnũ celorum. REMI. Regnũ celorum appellat ipm filiũ dei: qđ regnũ ſile dr̃ eſſe hoi q ſeminauit bonum ſemẽ i agro ſuo. CHRY. Deide modũ inſidiarum diaboli oñdit dicẽs: Cũ aũt dormirẽt hoies venit inimicus eius ⁊ ſupſeminauit zizania i medio tritici ⁊ abijt. Demonſtrat hic q̧ error poſt veritatẽ exiſtit: qđ ⁊ rerum exitus teſtatur. Eteni poſt pphetas fuerũt pſeudo prophete: ⁊ poſt apl'os pſeudo apli: ⁊ poſt xp̄m antichriſtus. Niſi enim diabolus viderit quid imitetur: vel quibus inſidietur: non tentat. q꜡ igit̃ vidit q̧ hic reddit in fructu centũ: ille lx. alius. xxx. ⁊ non poterat rapere ⁊ ſuffocare qđ radicatum erat: p aliam deceptionem inſidiatur interſerens ſuam: multis ea ſimilitudinibus colorans: vt facile ſurripiat his qui habiles ſunt ad deceptionẽ. ppter hoc nõ dicit: q̧ ſeminet aliqđ aliud ſemen: ſ3 zizania q̃ ſm viſum aſſimulant̃ quodãmõ frumento. Hinc ẽt apparet diaboli malignitas: tũc ſeminauit qñ vniuerſa erant cõpleta vt magis noceret agricole ſtudio. AVGV. de queſtiõ. euã. Dic̃ aũt cũ dormirẽt hoies: q꜡ cũ negligẽtius agerẽt p̄poſiti eccl'ie: aut dormitionem mortis acciperent apli venit diabolus: ⁊ ſuperſeminauit eos quos malos filios dñs iterptat̃: Sed recte queritur vtrum heretici ſint: aut male viuentes catholici. Sed q̧ dicit eos in medio tritici ſeminatos: quaſi vi

dentur illi ſignificari qui vnius cōionis ſūt.
Verūtamē quoniam agruz ipſū nō eccl'iaz:
ſed hunc mundum interpretatus eſt: vnde i
telliguntur heretici: quia in hoc mundo per/
miſcentur bonis: vt illis qui in eadē fide ma
li ſint palea potius ꝙ̄z zizania deputentur: qa
palea etiam fundamentum habet cuz frumē
to radicē qꝫ cōmunem. Sciſmatici autem vi
dentur ſpicis corruptis etiam ſimiliores vel
paleis ariſtarum fractis vel ſciſſis ⁊ de ſege
te abiectis: nec tamen conſequens eſt vt oīs
hereticus vel ſciſmaticus ab eccleſia corpora
liter ſeperetur. multos enim portat eccleſia: qa
non ita defendunt falſitatem ſententie ſue:
vt intentam multitudinez faciant: quod ſi fe
cerint tunc pelluntur: Cum ergo diabulus
aſperſus prauis erroribus falſiſqꝫ opinioni
bus ſuperſeminaſſet: hoc eſt precedente noīe
chriſti hereſes ſuperieciſſet: magis ipſe latu
it: atqꝫ occultiſſimus factus eſt. Hoc eſt enī
quod dicit: Et abijt. quāqꝫ in hac parabola
dominus ſicut in expoſitione concluſit: non
quedam ſed omnia ſcandala ⁊ eos qui faciūt
iniquitatem zizaniorum nomine ſignificaſſe
intelligitur. CHRY. Et poſteriorib⁹ aūt
diligenter hereticorum formam deſcribit di
cens: Cum autem creuiſſet herba ⁊ fructum
feciſſet: tunc apparuerunt ⁊ zizania. In prin
cipio enim heretici obumbrant ſeipſos: cum
autem multam acceperint libertatem ⁊ ſer/
mone aliquis cum eis participauerit: tūc ve/
nenum effundunt. AVG. de que. euan.
Vel aliter: Cum homo ſpiritalis eſſe cepe/
rit dijudicans omnia tunc ei errores incipi/
piunt apparere. diſcernit enim quicquid au/
dierit aut legerit abhorrere a regula ꝟitatis:
ſed donec in eiſdem perficiatur ſpiritalibus
poteſt eum mouere quare ſub nomine xp̄ia/
no tam multe hereticoruz extitere falſitates.
vnde ſequitur: Accedentes autem ſerui pa/
triſſamilias dixerunt ei: Domine nonne bo
num ſemen ſeminaſti in agro tuo? vnde er/
go zizania? Vtrum autem ipſi ſint ſerui ꝗs
poſtea meſſores appellat: an qꝛ in expoſitiōe
parabole meſſores dicit eē angelos? nec qſqꝫ
dicere facile auſus fuerit āgelos neſciſſe: qs
zizania ſupſeminauerit: magis oportet intel
ligi homines ipſos fideles ſeruorū nomine
hoc loco ſignatos. nec mirum ſi ⁊ bonum ſe
men ipſi dicuntur ex diuerſis enim ſignifica
tionibus vna res diuerſas ſimilitudines re
cipit: ſicut ⁊ de ſe ait: ꝙ ipſe ſit ianua: ꝙ ipſe
ſit paſtor. REMI. Accedunt autem ad de
um ſine corpore: ſed corde ⁊ mentis deſide/
rio: quo docente intelligunt diaboli callidita
te h eſſe factum. vnde ſequitur: Et ait illis:
Inimic⁹ homo hoc fecit. HIERO. Dia/
bolus propterea inimicus homo appellaṫ: q
deus eſſe deſijt. ⁊ in. ix. pſal. ſcriptum eſt de
eo: Exurge domine: non cōfortetur homo.
Quamobrem non dormiat qui eccleſie pre/
poſitus eſt: ne per illius negligentiā inimic⁹
homo ſuperſeminet zizania: h eſt hereticorū
dogmata. CHRY. Inimicus autem vo/
catur propter iacturam quam infert homini
bus. vexatio enim diaboli aduerſus nos ē.
principium autem vexationis factum eſt nō
ab inimicicia que eſt ad nos: ſed que ē ad de
um. AVGV. de que. euan. Cum autem
ſerui dei cognouerint hanc excogitaſſe dia/
bolum fraudem: cum contra tanti nominis
auctorem nihil ſe valere ſentiret: vt fallacias
ſuas eodem nomie obtegeret: poteſt ſibi ori/
ri voluntas vt tales homines de rebus hu/
manis auferant ſi aliquam temporis habeāt
facultatem: ſed vtrum facere debeant iuſtici/
am dei conſulunt. vnde ſequitur: Serui au/
tem dixerunt: vis imus ⁊ colligimus ea?
CHRY. Vbi intuenda eſt ſeruorum di/
ligentia ⁊ dilectio. etenim feſtinant zizania
euellere: quod monſtrat eoruz de ſemine ſol
licitudinem. Ad hoc enim ſolum reſpiciūt:
non vt aliquis puniatur: ſed vt ſeminata nō
pereant. Quid autez dominus reſponderit
ſubditur: Et ait: non. HIERO. Datur
enim locus penitentie: ⁊ monemur ne cito
amputemus fratrem: quia fieri poteſt vt ille
qui hodie noxio deprauatus ē dogmate: cras
reſipiſcat: ⁊ defendere incipit veritatem. vñ
ſubditur: Ne forte colligentes zizania: era/
dicetis ſimul ⁊ triticum. AVGV. de cō.
euan. In quo eos patientiſſimos ⁊ trāquilliſ
ſimos reddit hoc enim dicitur: qꝛ boni dum
adhuc infirmi ſunt: opus habent in qbuſdā
malorū cōmixtione: ſiue vt ꝑ eos exerceanṫ:
ſiue vt eoꝝ cōpatōe magna illis exhortatio fi
at īuitāṫ ad meli⁹. aut forte ſimul eradicaṫ tri
ticū cū auferāṫ zizania: qꝛ multi ꝑ̄ zizania ſūt.
⁊ poſtea triticū fiunt: qui niſi patienter cum
mali ſint tolerentur: ad laudabilē mutatiōem

nō pueniūt: itaqȝ ſi euulſi fuerint: ſimul era/
dicaꝛ ⁊ triticū: qđ futuri eēnt ſi eis parceret.
Ideo dicit tales nō eſſe auferēdos de hac vi
ta: ne cū malos conaꝛ īterficere: bonos īterfi
ciat qđ forte futuri ſint: aut bonis obſit: qb⁹
⁊ inutilis vtiles ſunt. Sȝ tūc opportune hoc
fiet: cū iam de fine nō reſtat vel ip̄s cōmutā/
de vite vel ꝓficiēdi ad veritatē ex occaſione
atqȝ cōparatiōe alień erroris. ⁊ iđ ſubdit: Si
nite vtraqȝ creſceꝛ vſqȝ ad meſſeȝ. i. vſqȝ ad
iudiciū. HIE. Videꝛ aūt hoc eē ꝯtrariū illi
precepto: Auferte malū de medio veſtrum.
Si. n. ꝓhibeꝛ eradicatio ⁊ vſqȝ ad meſſem
tenēda ē patiētia quō eijciēdi ſunt qdā đ me
dio noſtrū? Sȝ inter triticū ⁊ zizaniā qđ nos
appellam⁹ loliū: q̄ȝdiu herba ē: ⁊ necdū cala
mus venit ad ſpicā: grādis ſilitudo ē: ⁊ ī di
ſcernēdo aut nulla aut difficilis ſubſtantia.
Pmo monet ergo dn̄s: ne verbi qđ ambiguū
eſt cito ſententiam proferamus: ſed deo iudi
cij reſeruemus: vt cum dies iudicij venerit:
ille non ſuſpitionem criminis: ſed manife/
ſtum reatum de ſanctorum cetu eijciat. AV
GV. contra epiſtolam permeniani: Cum
enim quiſqȝ chriſtianorum intus in eccleſia
conſtitutorum in aliquo tali peccato fuerit đ
prehēſus: vt anathemate dignus habeatur:
fiat hoc vbi periculum ſciſmatis non timet
cum dilectione non ad eradicandum: ſed ad
corrigendum. q̄ ſi ſe non agnouerit: neqȝ pe
nitendo correxerit: ipſe foris exiet: ⁊ per pro
priam voluntatem ab eccleſie communione
dirimetur. vnde dominus cum dixiſſet: Si
nite vtraqȝ creſcere vſqȝ ad meſſem. ſubiun
xit cauſam dicens: Ne forte cum vultis col/
ligeꝛ zizania: eradicetis ſimul ⁊ triticū. Vbi
ſatis oſtendit cum metus iſte non ſubeſt: ſȝ
omnino de frumentorum ſtabilitate certa ſe/
curitas manet. i. quando ita cuiuſqȝ crimen
notum eſt: ⁊ omnibus execrabile apparet: vt
vel nullos prorſus vel non tales habeat de/
fenſores per quos poſſit ſciſma contingere:
non dormiat ſeueritas diſcipline: in qua tā/
to eſt efficacior emendatio prauitatis: quāto
diligentior fuerit obſeruatio charitatis. Cuȝ
vero idem morbus plurimos occupauerit:
nihil aliud boni reſtat q̄ȝ dolor ⁊ gemit⁹. ſic
igiꝛ miſericorditer corripiat homo quod po/
teſt: quod autem non poteſt: patienter ferat:
⁊ ex dilectione gemat atqȝ lugeat. demuȝ ille

deſuper emēdet ⁊ corrigat: atqȝ vſqȝ ad meſ
ſem differat eradicare zizania ⁊ paleam ven
tilare. Turba autem iniquorum cum facul/
tas eſt in populis promendi ſermoneȝ gene
rali obiurgatione feriēda eſt: ⁊ maxime ſi oc
caſionem atqȝ opportunitatem prebuerit ali/
quod domini deſuper flagelluȝ: quo eos ap
pareat pro ſuis meritis vapulare. tunc enim
aures humiles prebet emendari ſermone ca
lamitas auditorum: ⁊ facilius in gemituȝ cō
fitendi q̄ȝ in murmura reſiſtendi afflicta cor
da compellit: q̄ȝq̄ȝ ⁊ ſi nulla calamitas tribu/
lationis premat: cum facultas detur vtiliter
corripitur in multitudine multitudo. nam ſi/
cut ſeparata ſeuire: ſic in ipſa congregatione
obiurgata gemere conſueuit. CHRY.
Hoc autem dixit dn̄s ꝓhibēs occiſiones fie
ri. neqȝ. n. oportet interficere hereticū: q2 pre
lium inexpiabile in orbē terraꝝ induceret. ⁊
ideo dicit: Ne eradicetis ſimul cū eis frumē
tum. i. ſi moueritis arma ⁊ occideretis here/
ticos: neceſſe eſt multos ſanctoꝝ ſimul ſub/
mitti. non ergo detinere hereticos: ⁊ abſcide
re liberā eoꝝ ꝓpalationē: ⁊ ſynodos ⁊ ſtu/
dia diſſoluere ꝓhibet: ſȝ interficere ⁊ occide
re. AVGV. ad vincentiū: Hec aūt pmi
tus mea ſn̄ia erat: neminē ad vnitatē xp̄i eē
cogēdū. verbo enim agēdū: diſputatiōe pu/
gnandū: rōne vincēdū: ne fictos catholicos
haberemus: quos apertos hereticos nouera
mus. Sed hec opinio mea non contradicen
tium verbis: ſed demonſtrantium ſuperaba
tur exemplis. harum enim legum terror qui
bus promulgandis reges ſeruiunt dn̄o in ti
more: ita profuit vt nunc alij dicant: Iā hoc
volebamus: ſed deo gratias qui nobis occa
ſionem prebuit ⁊ dilationuȝ morulas ampu
tauit. Alij dicant: hoc eſſe verum iam ſcieba
mus: ſȝ neſcio qua cōſuetudine tenebamur:
gratias deo qui vincula noſtra dirupit. Alij
dicant: Neſciebamus hoc eſſe veritateȝ: nec
eam diſcere volebamus: ſed ad eam cogno/
ſcendam metus fecit intētos: gratias dn̄o q
negligentiam noſtraȝ ſtimulo terroris excuſ
ſit. Alij dicant: Nos falſis rumoribus ter/
rebamur intrare: quos falſos eſſe neſcirem⁹
niſi intraremus: nec intraremus niſi cogere
mur: gratias deo qui predicationem noſtraȝ
flagello abſtulit: expertos docuit q̄ȝ vana ⁊
inania đ eccleſia ſua mēdax fama iactauerit.

Alij dicant: Putabamus quidem nihil in/
tereſſe vbi fidem chriſti teneremus: ſed gra/
tias dño q nos a diuiſiõe collegit: ⁊ hoc vni
deo ↄgruere vt in vnitate colaꝛ oñdit. Ser/
uiãt ergo reges terre chriſto leges edẽdo pro
chriſto. AVGV. ad bonifaciũ comitem:
Quis aũt veſtrũ velit nõ ſolũ aliquẽ hereti/
coꝝ perire: veꝝ ẽt aliqd pdere: ſʒ aliter non
meruit habere pacẽ domus dauid niſi abſo/
lon filiꝰ eius in bello qđ cõtra patrẽ gerebat
fuiſſet extinctꝰ: qͣuis magna cura mãdauerit
ſuis: vt eũ quãtũ poſſent viuũ ſaluũqʒ ſerua
rent: ⁊ eſſet cui penitenti pr̃nus affectꝰ igno
ſceret? Quid aũt ei reſtitit niſi pditũ flere: ⁊
ſui regni pace acqſita ſuã meſticiã cõſolari?
Sic ergo catholica mater eccl'ia: ſi aliquoꝝ p
ditione tã multos ceteros colligit dolorẽ m̃r
ni cordis lenit: ⁊ ſanat cũctorum liberatione
pplorꝝ. vbi ẽ aũt qđ iſti clamare ↄſueuerũt li
berũ ẽ credere? cui vim chriſtus intulit? quem
coegit? ecce habẽt apl'um paulũ: agnoſcãt in
eo pᷣus cogentẽ chriſtũ: ⁊ poſtea docẽtẽ: pᷣus
ferientẽ: ⁊ poſtea ↄſolantẽ. Mirũ aũt ẽ quõ
ille q pena corporis ad euãgeliũ coactus itra
uit plus illis oĩbus q ſolo verbo vocati ſunt
in euangelio laborauit: cur ergo non cogeret
eccl'ia pditos filios vt redirent: ſi perditi filij
coegerũt alios vt perirent? Seqꝛ: Et in tpe
meſſis dicã meſſoribꝰ: Colligite pᷣmũ zizania:
⁊ alligate ea in faſciculos ad cõburendum.
REMI. Meſſis aũt appellaꝛ tp̃s metẽdi:
p meſſem vero deſignaꝛ dies iudicij: in quo
ſeparãdi ſunt boni a malis. Sʒ pp̃ qd dicit.
CHRY. Colligite pᷣmũ zizania? Vt nõ
timeãt boni: quaſi ſimĺ cũ zizanijs tollaꝛ fru
mẽtũ. HIE. Qđ aũt dicit zizanioꝝ faſcicu/
los igni tradi ⁊ triticum ↄgregari in horrea:
manifeſtũ eſt hereticos quoſqʒ ⁊ hypocritas
gehẽne ignibꝰ ↄcremãdos: ſcõs vero q ap/
pellanꝛ triticũ horreis.i. celeſtibꝰ mãſionibꝰ
recipi. AVGV. de que. euan. Queri aũt
põt cur nõ vnũ faſcẽ aut vnũ aceruũ zizanio
rũ fieri dixerit: niſi forte pp̃ varietatẽ hereti/
coꝝ nõ ſolũ a tritico ſʒ ẽt a ſeipſis diſcrepan/
tiũ. Ipſa vniuſcuiuſqʒ hereſeos in qbus ſi/
gillatim ſua cõione disiuncti ſunt: noie faſci
culoꝝ deſignauit: vt ẽt tũc icipiãt alligari ad
cõburẽdũ cũ a catholica cõione ſegregati: ſu
as ꝓpͣs quaſi eccl'ias habere ceperint vt cõ
buſtio eaꝝ ſit in fine ſeculi nõ alligatio faſci/
culorũ. Sed ſi ita eſſet: non tam multe reſipi
ſcendo: ⁊ in catholicam remeando ab errore
diſcederent. Quapropter alligatio faſciculo
rum in fine profutura eſt: vt non confuſe: ſʒ
pro modo peruerſitatis ſue vniuſcuiuſqʒ er
roris pertinacia pũiatur. RABA. Et no/
tandumqʒ vbi dicit: Seminauit bonum ſe/
men. notat bonam voluntateʒ que in electis
eſt. vbi vero dicit: Inimicus. cautelam habẽ
dam intimare voluit: de qua creſcentibus zi
zanijs quaſi patienter ferens ait: Inimicus
homo hoc fecit. patientiam nobis commen/
dauit. vbi vero ait: Ne forte colligentes ziza
nia. donauit nobis diſcretionis exemplum.
Quando autẽ ſubiungit: Sinite vtraqʒ cre
ſcere vſqʒ ad meſſem. commendauit longa/
nimitatem. Ad vltimum iuſticiam cuʒ dicit:
Alligate ea in faſciculos ⁊c.

¶ Catene auree angelici. Diuiniqʒ docto/
ris Sancti Thome de aquino. Sacri ordi/
nis. Fratrum predicatorũ ſuper omnia euã
gelia dominicalia ⁊ ferialia totius ãni. Nu/
per ordinate per Religioſum Patreʒ. Fra
trem Petrum de Vincentia. Sacri eiuſdẽ
ordinis. Secunda explicit pars. Videlicet.
A dominica prima poſt octauam paſce vſqʒ
ad.lxx. excluſiue. Sequitur pars tertia. ſcili/
cet de quibuſdam feſtiuitatibus ſanctorum.

Innocentꝰ Papa. In ſmone: Ecce pluſqͣ
Salomon hic. De Sancto doctore Thoma
de aquino. Sic dicit.

Huius Doctoris Sapientia
Pre ceteris. Excepta canõ/
nica. Habet proprietatẽ ver
borum. Modum dicendoꝝ.
Veritatem Sententiarũ. Ita
vt nunqͣ qui euʒ tenuit inue
niatur Atramite Veritatis Deuiaſſe: Et q
eum ipugnauit. SEMPER. fuit De ve
ritate. SVSPECTVS.

LIVRARIA DA UNIVERSIDADE

Tabula ſanctorum. quorum euã/gelia in hac catena aurea exponuntur.

## In primis.


Super orationem dominicam. ſ. Pater noſter.

In purificatione beate virginis.

In annunciatione beate virginis. Sicut in quarta feria poſt tertiam dominicam ad/uentus.

In inuentione ſancte crucis. Sicut in feſto ſancte trinitatis.

Sancti ioannis ante portam latinam. Sicut in alio feſto.

In vigilia ſancti ioannis baptiſte.

In die ſancti ioannis baptiſte. Et ſuper to/tum. Benedictus dominus deus iſrael.

In die apoſtolorum petri ⁊ pauli.

In feſto viſitationis beate virginis. Deide ſuper totum Magnificat. Sicut in feria vi. tertie dominice aduentus.

In die ſancte marie magdalene. Sicut in ſe/xta feria quatuor temporum poſt trinitatẽ. Item ſicut in feria quinta poſt paſca. Item in paſſionibus. ſecundum Matheum ⁊ Marcum.

In feſto ſancti iacobi apoſtoli.

Ad vincula ſancti petri. Sicut in die petri ⁊ pauli.

In feſto Beati dominici patris noſtri.

In transfiguratione domini.

In aſſumptione beate virginis.

In decolatione beati ioannis baptiſte.

In natiuitate beate virginis.

In vigilia ſancti mathei apoſtoli.

In die ſancti mathei apoſtoli.

In feſto ſancti michaelis.

In feſto omnium ſanctorum.

In feſto ſancti andree apoſtoli.

In feſto ſancti ſtephani prothomartyris.

In feſto ſancti ioannis euangeliſte.

In feſto ſanctorum innocentum.


LIVRARIA DA UNIVERSIDADE

Incipit oratio dominica. ſ. pater noſter cum expoſitiõibus ſuis. Mathei ſexto capi.

Sic vos orabitis: Pater noſter qui es in celis. GLO. Inter ſalutaria monita ⁊ diuina quibus conſuluit credentibus formam orãdi propoſuit: ⁊ orationes cõpoſuit breuibus verbis: vt ſit fiducia cito annuendi: quod breuiter vult rogari. vnde dicit: Pater noſter q̄ es in celis. CYPRI. de oratione dominica: Qui fecit viuere: docuit ⁊ orare: vt dum oratione quam filiꝰ docuit apud patrem loquimur: facilius audiamur. Amica ⁊ familiaris oratio eſt dominũ de ſuo rogare: agnoſcat pater filij ſui verba cum precẽ facimus: ⁊ cum ipſum habeamꝰ aduocatum apud patrem pro peccatis nr̄is: quando peccatores pro delictis noſtris petimus: aduocati nr̄i v̄ba ꝓmamꝰ. GLO. Non tamen his ſolis verbis oratur: ſed et alijs ſub eodem ſenſu conceptis quibus cor noſtrum accenditur. AVG. de ſer. domini in monte: Cum autem in omni deprecatione beniuolentia concilianda ſit eius quez deprecamur: deinde dum quid deprecemur per laudem illius ad quem oratio dirigitur: ſolet beniuolentia conciliari: ⁊ hoc in orationis principio poni ſolet. In quo dominꝰ noſter nihil aliud nos dicere iuſſit niſi Pater noſter qui es in celis: Multa quidem dicta ſunt in laudem dei: nuſꝗ̃ tamen inuenitur p̄ceptum populo iſrael vt dicerent Pater noſter: ſed eſt eis inſinuatus vt dominus tãꝗ̃ ſeruis. ſed de populo chriſtiano apoſtolꝰ dicit: ꝙ ſpiritum adoptiõis accepit: in q̄ clamamus: Abba pater. quod non eſt meritorum noſtrorum: ſed gratie quam in oratione ponimus: cum dicimus. Pater: quo nomine ⁊ charitas excitatur. Quid enim charius eſt eſſe filijs ꝗ̃ pater: ⁊ ſupplex affectus cũ homines dicunt deo: Pater noſter. ⁊ quedam impetrandi preſuppoſitio. Quid iaʒ nõ det filijs petentibus: cum hoc ipſum ante dederit vt filij eſſent: Poſtremo quãta cura animum tangit vt qui dicit: Pater noſter: tãto

patre nō ſit indignus. Admonentur ēt hinc diuites: vel genere nobiles cuȝ facti fuerint xpiani: non ſuperbire aduerſus paupes vel ignobiles: qm̄ ſimul dicūt deo: Pat nr̄: qd nō pn̄t pie ac vere dicere niſi ſe frēs eē cogſcant. CHRY. in ho. Quod eni nocumētum ē ex iferiori cognatiōe: cū ſm ſuperiorē omnes ſimus copulati: qui etiā prēm dixit ⁊ pctōrum remiſſionē ⁊ adoptionē ⁊ hereditatem ⁊ fraternitatem que eſt ad vnigenitū: ⁊ ſpūs largitionē p vnam hanc confeſſus eſt nuncupationem. Non enim poſſibile ē vocare deum patrem niſi eum qui eſt omnibus iſtis bonis potitus. Dupliciter orantiuȝ igitur erigit ſenſum ⁊ dignitate eius qui inuocatur: ⁊ magnitudine beneficiorū quibꝰ orās potius eſt. CYPRI. de oratione dominica: Non autē dicimꝰ: Pater meꝰ: ſed Pater noſter: quia pacis ⁊ vnitatis magiſter noluit ſigillatim ⁊ priuatim precem fieri: vt qs cum precatur: pro ſe tm̄ precetur. Publica eniȝ eſt nobis ⁊ cōis oratio ⁊ quādo oramꝰ: non pro vno tantum: ſed p populo toto oramus: quia totus populus vnum ſumꝰ. Sic enim vnum orare pro omnibus voluit: quō in vno oēs ipſe portauit. CHRY. ſuper mathe. Pro ſe enim orare neceſſitas cogit: p altero autē charitas fraternitatis hortat᷑. Dulcior aūt eſt ante deū orō: nō quā neceſſitas trāſmittit: ſed quā charitas fraternitatis cōmēdat. GLO. Dicitur etiā Pater nr̄: qd cōe eſt oībus: non pater meꝰ: qd ſoli xpo conuenit: qui eſt filius p naturam. CHR. ſuper math. Addit autē: Qui es i celis. vt ſciamus nos habere patrē celeſtē: ⁊ erubeſcant ſe terrenis rebus ſubſternere qui prēȝ habent i celis. EXCOL. PA. Et vt ad illam regionem in qua patrem noſtrum cōmorari fatemur: ſummo deſiderio properemus. CHRY. in ho. In celis ergo cum dicit: non illic deum concludens hoc ait: ſed a terra abducens orantem: ⁊ excelſis regionibus affigens. AVG. de ſer. dn̄i in mōte: Vel dicit᷑ eē in celis. i. in ſanctis ⁊ iuſtis: nō enim ſpacio locorum continetur deus. Sūt quidem celi excellentia mundi corpora ⁊ ſi in eis locus dei eſſe credat᷑: melioris meriti ſūt aues quarum vita eſt deo vicinior. Non autem eſt ſcriptum: Prope eſt dn̄s celſis hoībus: aut eis qui in montibus habitant: ſȝ cōtritis corde. Sed ſicut terra appellatus ē peccator: cui dictum eſt: Terra es: ⁊ in terram ibis. ſic celum iuſtus econtrario dici poteſt. Recte ergo dicitur: Qui es in celis. tantum enim ſpiritaliter intereſſe videtur iter iuſtos ⁊ peccatores: quantum corporaliter inter celum ⁊ terram: Cuius rei ſignificande gratia orantes ad oriētem conuertimur vnde celuȝ ſurgit: non tanꝗȝ deus ibi ſit ceteras mundi deſerens partes: ſed vt admoneat᷑ animꝰ ad naturam excellētiorem ſe conuertere. i. ad deum cuȝ corpus eius quod terrenū eſt: ad corpus excellentius. i. ad corpus celeſte conuertitur. Conuenit etiam vt oīum ſenſibꝰ ⁊ paruuloruȝ ⁊ magnoruȝ bene ſentiatur de deo. ⁊ ideo qui nondum poſſūt aliquid corporeū cogitare: tolerabilior eſt illorum opinio.

¶ Sanctificetur nomen tuum.

AVG. Dictuȝ eſt quis ſit qui petit᷑: ⁊ vbi habitet. Iā videamus que ſint petēda. Primū autem omnium que petuntur: hoc ē: Sāctificetur nomen tuum. quod non ſic petit᷑: quaſi non ſit ſcm̄ dei nomen: ſed vt ſanctum habeatur ab hominibus. i. ita innoteſcat deꝰ vt non eſtimetur aliquid ſanctius. CHR. in ho. Vel rogare iubet orantem p noſtram glorificari vitam: ac ſi dicat: Ita fac nos viuere: vt p nos vniuerſa te glorificēt. ſanctificetur. n. idem eſt quod glorificetur: Digna eſt aūt deum deprecantis oratio nihil petere ante patris gloriam: ſed omnia eiꝰ laudi poſt ponere. CYPRI. Vel aliter: Nō optamus deo vt ſanctificet᷑ orōnibus nr̄is: ſȝ vt nomen eius ſanctificetur in nobis. Qr eniȝ ipſe dixit: Sancti eſtote: quia ego ſcūs ſū. id petimus ⁊ rogamus: vt qui in baptiſmo ſanctificati ſumus: in eo quod eſſe ceperimꝰ perſeueremus. AVG. de perſeuerātia: Cur autem perſeuerantia iſta poſcitur a deo ſi vt pelagiani dicunt: non datur a deo. An ⁊ iſta irriſoria petitio eſt: cum id ab eo petitur: qd ſcitur non ipſum dare: ſed ipſo non dāte eē in hominis poteſtate. CYPRI. Et h etiā vt ſanctificemur: quotidie depcamur. Opꝰ enim eſt nobis ꝯtinua ſcificatione: vt qui qtidie delinquimus: delicta noſtra ſanctificatione aſſidua purgemus.

¶ Adueniat regnum tuum.

GLO. Congrue ſequitur vt poſt adoptio

nē filiorū regnū petamus: qđ filijs debetur Unde ſequit: Adueniat regnū tuū. AVGV. de ſer. do. i mōte: Quod nō ita dcū3 eſt: q̄ſi deus nūc nō regnet etiā i terra: ſemꝑ q3 i ea regnauerit. Adueniat ergo accipiēdū eſt: vt manifeſtet hoib⁹. nulli āt licebit ignorare regnum dei. Cum enim vnigenit⁹ non ſolum itelligibiliter: ſed etiam viſibiliter venerit iudicare viuos ꝛ mortuos: tunc aūt eē futurū iudicij dic dn̄s docet: cū euāgeliū p̄dicatū fuerit i oībus gētib⁹: q̄ res ꝑtinet ad ſanctificationē nois dei. Uel generaliter ꝓ totius mūdi petit regno vt diabolus i mūdo regnare deſiſtat: vl' vt i vnoq̄q3 regnet. de⁹: ꝛ ñ regnet pcm̄ imortali hoiu3 corpore. CYPRI. Uel nr̄m regnū petim⁹ aduenire a deo nobis repromiſſū ꝛ chriſti ſanguine acq̄ſitum: vt q i ſeculo añ ſeruiuim⁹: poſtmodū xp̄o dn̄ante regnem⁹. AVGV. ad ꝓbā: Regnū nāq3 dei veniet ſiue velim⁹ ſiue nolimus. S3 deſideriū nr̄m ad illud regnū excitam⁹: vt nobis veniat: atq3 in eo regnem⁹. EX COLPA. Uel q: nouit ſcūs teſtimonio cōſcīe ſue cū apparuerit regnum dei: eius ſe futurum eē ꝯſortē. HIE. Attēdendum āt q grādis audacie ſit ꝛ pure ꝯſcie poſtulare regnum dei: iudiciu3 ñ timere. CYPRI. Pōt ēt ꝛ ipſe xp̄s eē regnū dei: quē venire quotidie cupim⁹: cui⁹ aduētus vt cito nobis repñtet optam⁹. nā cū reſurrectio ipſe ſit quia in ipſo reſurgim⁹: ſic ꝛ regnū dei poteſt itelligi: q: i illo regnaturi ſum⁹. Bn̄ āt regnū dei petim⁹. i. celeſte: q: eſt ꝛ terreſtre regnū. ſed qui renūciauit iā ſeculo: maior eſt etia3 honoribus eius ꝛ regno. Et iō q ſe deo ꝛ xp̄o dedicat: nō terrena: ſed celeſtia regna deſiderat. AVG. de ꝑſeuerātia: Cū ǎtꝑetit: Adueniat regnū: qd orāt q iā ſancti ſūt: niſi vt i ea ſcitate q̄ iā illis data ē ꝑſeuerent. Neq3. n. aliter veniet dei regnum: qđ hꝭ q ꝑſeuerāt vſq3 in finem: certum eſt eſſe venturum.

¶ Fiat voluntas tua: ſicut in celo ꝛ i terra.

AVG. In illo btitudinis regno vita beata perficiet i ſanctis: ſicut nunc: in celeſtibus angelis. Et iō poſt illā petitionē q̄ dicimus: Adueniat regnū tuū. ſequit: Fiat voluntas tua: ſicut i celo ꝛ i terra. i. ſicut i angelis qui ſunt i celo volūtas tua fit: vt te ꝑfruant: nullo errore obnubilāte eorū ſapiam nulla miſeria ipediente eorū btitudinē: ita fiat i ſanctis tuis q i terra ſūt: ꝛ de terra quātū ad corpus attinet: facti ſūt. Itē fiat volūtas tua. recte intelligitur: obediatur p̄ceptis tuis ſicut i celo ꝛ i terra. i. ſicut ab angelis ita ab hoib⁹: non q ipſi faciant vt velit de⁹: ſed q: faciūt qđ ille vult. i. faciūt ſ3 volūtatē ei⁹. CHRY. i ho. Uide āt cōſequētiā optimā. q:. n. cōcupiſcere docuit celeſtia ꝑ hoc qđ dcm̄ ē: Adueniat regnū tuū. añq3 ad celū ꝑueniat: ipā3 terrā iuſſit fieri celū ꝑ hoc q dicit: Fiat voluntas tua ſicut i celo ꝛ in terra. HIE. Erubeſcāt āt ex hac ſnīa q quotidie ruinas i celo fieri mētiunt. AVGV. de ſer. do. i monte: Uel ſicut i celo ꝛ in terra. i. ſicut i iuſtis ita i peccatoribus: tāq3 ſi diceret: ſicut faciūt volūtatē tuā iuſti: ita ēt pctōres: vt ad te cōuertantur: ſiue ita vt ſua cuiq3 tribuat: qđ fiet extremo iudicio. Ul' ꝑ celū ꝛ terrā accipiam⁹ ſpūs ꝛ carnē. Et qđ dicit apl's: Mēte ſeruio legi dei: videam⁹ ſcām dei volūtatē i ſpū. In illa āt imutatione q̄ ꝓmittit iuſtis. Fiat volūtas tua ſicut i celo ꝛ i terra. i. ſicut ſpūs ñ reſiſtit deo: ita ꝛ corpus ñ reſiſtat ſpūi: Uel Sicut i celo ꝛ i terra. i. ſicut i ipo ieſu chriſto: ita ꝛ in eccleſia tāq3 i viro patris volūtatē ipleuit: ita ꝛ i femina q̄ illi deſpōſata ē. Celū. n. ꝛ terra cōueniēter itelligit q̄ſi vir ꝛ femina: qm̄ terra celo ſecūdante fructifera ē. CYPRI. Nō ergo petim⁹ vt de⁹ faciat qđ vult: ſed vt nos facere poſſim⁹ quod deus vult: qđ vt fiat i nobis op⁹ ē dei volūtate. i. opa ei⁹ ꝛ ꝓtectione: q: nemo ſuis virib⁹ fortis eſt: ſed dei miſericordia tutus. CHRY. i ho. Uirt⁹ eni ñ ē nr̄i ſtudij ſolū: ſ3 ſupioris grē. Rurſum āt hic orōnē ꝓ orbe terraꝝ cuilibet nr̄m iniūxit. Neq3. n. dixit: Fiat volūtas tua i me vel i nobis: ſ3 vbiq3 terraꝝ: vt ſoluat error: ꝛ plātet veritas: ꝛ expellat malicia: ꝛ reuertat virtus. ꝛ ſic iā non differt celum a terra. AVGV. de bono ꝑſeuerāte: Ex h autē euidēter ondit ꝯ pelagianos munū fidei eſſe donū dei: qm̄ ꝓ ifidelib⁹ vt hēre fidē icipiant: ſcā orat eccleſia. Cū ēt i ſcīs iā ſit ſcā dei volūtas: cur vt fiat adhuc petūt: niſi vt ꝑſeuerēt i eo qđ eē ceperūt. CHRY. ſup mat. Cōter āt accipi d3 qđ ait: Sicut i celo ꝛ i terra. i. ſanctificet nomen tuū ſicut i celo ꝛ in terra.

Adueniat regnū tuū ſicut in celo ⁊ i terra. Fiat volūtas tua ſicut i celo ⁊ i terra. Et vide q̄z caute locutus ē cū dixit: Pater ſcifica nomē tuū i nobis: Adueniat regnū tuuz ſup nos: Fac volūtatē tuā i nobis. Nec iterum dicit: Scificemus nomē tuū: Suſcipiamꝰ regnuz tuū: Faciamꝰ volūtatē tuā: ne hoc aut dei tm̄ aut hoīs tm̄ eē videat: ſed medie dixit ⁊ impſonaliter. nā ſicut homo nō pōt facere bonū niſi habuerit adiutoriū dei: ſic nec deꝰ bonuz opatur i hoīe: niſi homo voluerit.

¶ Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie.

AVG. Hec ergo tria q̄ i pmiſſis petitionibꝰ petūt: h̄ ichoant: ⁊ quātūcūqz pficimꝰ augent i nobis. Perfecte vero qđ in alia vita ſperādū ē: ſp poſſidebūt: reliqs ꝯo q̄tuor q̄ ſequūtur petūt tpalia q̄ pter eterna cōſequēda ſūt neceſſaria panis eni q cōueniēter petitur: hic ē neceſſarius. Sequit .n. Panē noſtrū ſupſubſtātialē da nobis hodie. HIE. Qđ nos ſupſubſtātialē exp̄mimus: i greco habet epiuſion: qđ verbū .lxx. iterp̄tes puiſion frequētiſſime trāſferūt. Cōſideravimꝰ ergo i hebreo ⁊ vbicūqz illi; puiſion expſſerūt: nos iuenimꝰ ſogolla: qđ ſymmacus exeriton .i. precipuū vel egregiū trāſtulit: lz i q̄dā loco peculiarē iterp̄tatus ſit. Qn̄ ergo petimus vt peculiarē vel p̄cipuū nobis dn̄s tribuat panē: illū petimꝰ q dic̄ i euāgelio: Ego ſum panis viuus: q de celo deſcendi. CYPRI. Nā panis vite xps ē: ⁊ panis hic oīū nō ē: ſz nr̄ ē. Hūc āt panem dari nobis quotidie poſtulamꝰ: ne q i chriſto ſumꝰ: ⁊ euchariſtiam quotidie accipimꝰ: itercedēte aliq̄ grauiori delicto a celeſti pane phibeamur: ⁊ a chriſti corpe ſepemur. Petimꝰ ḡ vt qui in chriſto manemus: a ſanctificatiōe eiꝰ ⁊ corpore nō recedamꝰ. AVG. de bono pſeuerātie: Perſeuerātiam ergo a dn̄o ſancti poſcunt: qn̄ petūt ne a chriſti corpore ſepentur: ſed in ea ſanctitate pmaneāt: vt nullū crimē admittāt. CHRY. Vel panē ſupſubſtantialē poſuit: hoc eſt q̄tidianū. EX COLPA. Cum dicit: Hodie: oñdit eū quotidie eē ſumēdū: oīqz tpe hec oratio debet perſundi: quia non eſt dies qua non opus ſit nobis huius panis perceptione cor interioris hominis confirmare. AVG. de ſer. do. i mōte: Sed contra hoc illi mouent queſtionem qui in orientalibus partibus non quotidie cene domini communicant: qui de hac re ſuaz ſententiam defendunt vel ipſa auctoritate eccleſiaſtica: q̄ ſine ſcandalo iſta faciunt. neqz ab eis qui eccleſijs preſunt facere prohibentur. Sed vt de iſtis nil in aliquam partez deferamus: illud certe occurrere cogitantibus regulam nos orandi a domino accepiſſe quā tranſgredi non oportet. Quis ergo audeat dicere ſemel tantum nos orare debere orationem dominicam: aut ſi iterum ⁊ tertio vſqz ad eam tantum horam qua corpori domini communicamus non enim poſtea dicere poterimus: Da nobis hodie: quod iam accepimus. Aut poterit quiſqz cogere vt vltia parte diei ſacramentum illud celebremus. EX COLPA. Licet iſtd quod dicitur: Hodie: ad preſentem vitam poſſit intelligi ideſt dum in hoc ſeculo commoramur: preſta nobis hunc panem. HIERO. de ſer. do. in monte: Poſſumus ſuperſubſtantialem panem ⁊ aliter itelligere: qui ſuper omnes ſubſtantias ſit: ⁊ vniuerſas ſuperet creaturas ſcilicet domini. AVG. ſuper lucam: Vel quotidianum panem accipiamus ſpiritalez: precepta ſcilicet diuina que quotidie oportet meditari ⁊ operari. GREGO. xxiiij. mora. Noſtrum autem hunc panem dicimus: ⁊ tamen vt detur oramus: quia dei eſt ex vi nature: ⁊ noſter fit per acceptionem. HIERO. Alij ſimpliciter putant ſm apoſtoli acceptionem dicentis: Habes victum ⁊ veſtitum his contenti ſimus. de preſenti tantū cibo ſanctos curam gerere. vnde in poſterioribus preceptum eſt: nolite cogitare de craſtino. AVG. ad probam: Sic ergo hic ſufficientiam petimus a parte que excellit ideſt nomine panis totum ſignificantes. CHRY. ſuper mathe. Non ſolum autem oramus ideo: Panez noſtruz da nobis hodie: vt habeamus quid manducemus: quod cōe eſt inter iuſtos ⁊ peccatores: ſed vt qđ māducamus: de manu dei accipiamus: quod ē tm̄ ſanctorum. Nā illi deus dat panem qui cuz iuſticia preparat: diabolus autem ei qui preparat cum peccato. Vel ita vt dū a deo dat: ſāctificatus accipiatur: ⁊ ideo addidit: Nr̄m ideſt quem nos habemus paratum: illuz da nobis: vt a te ſanctificet: ſicut ſacerdos panē

accipiens a laico ſanctificat ⁊ porrigit ei. pa/
nis enim offerentis eſt: ſed qd̓ ſanctificatum
eſt: beneficiū ē ſacerdotis. Dicit aūt Noſtrū
ꝑꝑ duo. ꝑmo q2 oīa q̄ nobis deus dat: ꝑ nos
alijs dat: vt de eo qd̓ accipimus: partē ipotē
tibus faciamꝰ. Qui ergo de laboribus ſuis
indigentibus preſtat: non tm̄ panē ſuū man
ducat: ſꝫ ēt alienū. Vide q de iuſticia acqſitū
panē mādūcat ſuū panē mādūcat: q aūt cum
pctō alienū. AVGV. de ſer. do. in mon/
te. Forte aūt aliqs moueat̄: cur orēmꝰ ꝓ his
adipiſcēdis q̄ huic vite ſunt neceſſaria ſicut ē
victus ⁊ tegumentū cū dn̄s dicat: Nolite ſol
liciti eſſe qd edatis: aut qd iduamini: nō pōt
autem quiſqȝ de ea re pro qua adipiſcenda
orat nō eſſe ſollicitus. AVGV. ad ꝓbā:
Sꝫ ſufficientiā vite nō idecēter vult qſquis
vult ⁊ nō amplius. hec aūt ſufficiētia nō ap/
petit̄ ꝑꝑ ſeipſam: ſꝫ ꝑꝑ ſalutē corporis ⁊ con
gruētē habitū ꝑſone hoīs: quo habitu nō ſit
incōueniēs eis cū qbꝰ honeſte viuendū eſt.
Iſta ergo cū hn̄tur: vt teneant̄: cum nō hn̄tur
vt habeant̄ orādū ē. CHRY. in ho. Cōſi
derādū eſt aūt ꝙ poſtqȝ dixit: Fiat volūtas
tua ſicut i celo ⁊ i terra. Et q2 hoībꝰ loquebat̄
i terra carne idutis ⁊ nō potētibꝰ habere eā/
dē ipoſſibilitatē cū angelis ꝯdeſcendit iam i
firmitati noſtre: q̄ neceſſario idiget cibo. Et
ideo ꝓ pane iuſſit orōnē facere nō ꝓ pecuni
is neqȝ laſciuia: ſꝫ ſolū ꝓ pane quotidiano: ⁊
neqȝ hoc ſufficit: ſꝫ appoſuit. Da nobis ho/
die. vt nō ꝯteramꝰ noſipſos ſollicitudine ſu
peruenientis diei. CHRY. ſup mat. Et
ſic ꝑma facie vident̄ hec verba ſonar̄: vt q h̄
dicūt: nō habeāt i craſtinū aut poſt craſtinuȝ
preparatū ꝙ ſi ita eſt oro iſta: aut paucis pōt
ꝯuenire ſicut apl̄is: q docendi grā oī tpe va
gabant̄: aut forſitā nulli. Doctrinā aūt chri/
ſti ita debemꝰ aptare vt oēs in ea proficiant.
CYPRI. Diuinū ergo cibū diſcipulus
chriſti dꝫ petere: ne i longū deſideriū petitio
nis extēdat: q2 ꝯtrariū ſibi ſit ⁊ repugnans:
vt q̄ramꝰ i ſeculo diu manere q petimus re
gnuȝ celorum velociter aduenire. vel addit:
Quotidianū. vt tm̄ qs mādūcet quātū rō na
turalis exigit: nō quātū laſciuia carnis ipellit
Si. n. i vno ꝯuiuio tm̄ expēdas quātū ſuffi/
cere tibi pōt cētū diebꝰ: iā nō quotidianū ci/
bum mādūcas: ſꝫ multoꝝ. HIE. In euāge
lio aūt qd̓ appellat̄ ſm hebreos ꝓ ſupſubſtā
tiali pane inoar reperit̄: qd̓ dr̄ craſtinum: vt
ſit ſenſus: Panē noſtrū caſtrinū. i. futuruȝ
da nobis hodie.

¶ Et dimitte nobis debita noſtra ſi
cut ⁊ nos dimittimus debitoribus no
ſtris.

CHRY. Poſt ſubſidium cibi petit̄ ⁊ ve/
nia delicti: vt q a deo paſcit̄: i deo viuat: nec
tm̄ pn̄ti vite: ſꝫ eterne ꝯſulat̄: ad quā venire
pōt ſi pctā donent̄: q̄ debita dn̄s appellauit:
ſicut alibi dicit: Dimiſi tibi oē debitū: q2 ro/
gaſti me. vn̄ ſeqt̄: Dimitte nobis debita no
ſtra. Quare neceſſarie ⁊ ſalubriter admone/
mur q pctōres ſumꝰ: q ꝓ pctīs rogare cōpel
limur: ⁊ neqs ſibi quaſi inocēs placeat: ⁊ ſe
extollendo plus ꝑeat: iſtruit̄ ſe peccare quoti
die dū ꝓ pctīs quotidie iubet̄ orare. AV/
GV. de bono ꝑſeuerātie: Hoc aūt telo pe
legiani ꝯfodiunt̄ hr̄tici q audēt dicere hoīē
iuſtū in hac vita habere nullum oīno pecca/
tuȝ: ⁊ in talibus hoībus eſſe iā in preſenti tē
pore eccleſiam non habenteȝ maculā aut ru/
gaȝ. CHRY. in ho. Qm̄ vero fidelibus
hec oratio conuenit: ⁊ leges eccleſie docent ⁊
orationis ꝑncipiū qd̓ docet deum patreȝ vo/
care. Qui ergo fidelibus iubet remiſſionem
peccatorum petere: demonſtrat ꝙ poſt bapti
ſmum contingit peccata dimitti contra noua
tianos. CYPRI. Qui ergo pro peccatis
non orare docuit paternam miſericordiam ꝓ
miſit: ſed plane addidit legem certa conditio
ne nos conſtringens: vt ſic nobis debitum
dimitti poſtulemus: ſm ꝙ ⁊ ipſi debitoribꝰ
noſtris dimittimus. ⁊ hoc eſt quod dicit: Si
cut ⁊ nos dimittimus debitoribus noſtris.
GREGO. x. mora. Vt profecto bonuȝ
quod a deo cōpuncti petimus: hoc primuȝ
proximo conuerſi faciamus. AVGV. de
ſer. do. Hoc non de pecunia dicitur: ſed de
omnibus que in nos quiſqȝ peccat: ac ꝑ hoc
etiam de pecunia peccat: nanqȝ in te qui pe/
cuniam tibi debitam cum habeat vnde red/
dere: non reddit: quod peccatum ſi non dimi
ſeris: non poteris dicere: Dimit. nobis de.
no. ſi. ⁊ nos di. de. noſtris. CHRY. ſup
mat. Cū qua ergo ſpe orat: q inimicitiā ſer/
uat aduerſus alterum a quo forſitan leſus ē.
Sicut. n. ipſe orans mentitur. Dicit. n. re/
mitto: ⁊ non remittit: ſic ⁊ a deo petit indul/

gentiam: ꝛ nõ illi idulgetur. Sed multi no/
lentes dare veniã peccãtibus in ſe: fugiunt
iſtã orõnẽ orare: ſtulti. ꝑmo qꝛ q nõ ſic orat:
vt docuit chriſtus: nõ eſt chriſti diſcipulus ſe
cundo qꝛ nec pater libenter exaudit orõnem
quã filius nõ dictauerit: cognoſcit. n. pater fi
lij ſui ſenſus ꝛ verba neqꝫ ſuſcipit que vſur
patio humana excogitauit: ſed que ſapientia
chriſti expoſuit. AVG. i enchiri. Tamen
quia hoc tam magnũ bonũ. ſ. dimittere de/
bita ꝛ diligere inimicos tante multitudinis
non ẽ quãtã credimꝰ exaudiri cũ in orõne di/
citur: Dimitte no. de. no. ſicut ꝛ nos di. de.
no. Proculdubio verba ſpõſiõis huius im
plentur: ſi homo nondũ ita ꝑficit vt diligat
inimicum: tñ qñ rogatur ab hoĩe q peccauit i
eum: vt ei dimittat: dimittit ex corde q etiã ſi/
bi roganti vtiqꝫ vult dimitti. Jam vero q eũ
in quẽ peccauit: ſi peccato ſuo mouetꝰ vt ro/
get: non adhuc eſt reputandus inimicus: vt
eum diligere ſitꝰ difficile: ſicut difficile erat qñ
inimicitias exercebat.

¶ Et ne nos inducas in tentationẽ.

CHRY. ſuper mathe. Qꝛ multa magni
fica ſupra mãdauit hoĩbus: vt deũ p̃rẽ ſuũ
dicãt: vt regnũ dei petãt venire: iõ nunc ad/
ditur hũilitatis doctrina cũ dr̃: Et ne nos in
ducas i tẽtationem. AVG. de ſer. do. in
mõte: Nonnulli codices hñt: Et ne nos in/
feras in tẽtationẽ qđ tãtũdẽ valere arbitror:
nam ex vno greco verbo vtrũqꝫ ẽ trãſlatũ.
Multi aũt iterptãdo ita dicũt: Ne nos patia
ris iduci in tentationem: exponẽtes quomõ
dictum ſit Inducas. Non enim per ſeipſũ
iducit deus: ſꝫ iduci patitꝰ eũ quẽ ſuo auxilio
deſeruerit. CYPRI. Qua i pte oñditꝰ cõ/
tra nos nihil aduerſariũ poſſe niſi deꝰ añ pre
miſerit: vt oĩs timor nr̃ ꝛ deuotio conuertatꝰ
ad deũ. AVG. de ſer. do. Aliud ẽ ãt idu/
ci i tentationẽ: aliđ tẽtari. nã ſine tẽtatione ꝓ
batꝰ eẽ nemo põt: ſiue ſibiipſi ſiue alij. Deo
ſit añ oẽs tẽtatiões qſqꝫ nouiſſimꝰ ẽ. Non ꝗ
hic oratꝰ vt ñ tẽtemur: ſed vt nõ iferamur in
tẽtationẽ: tãqꝫ ſi qſpiã cui neceſſe ẽ igne exa
minare nõ orat vt igne ñ cõtingatꝰ: ſꝫ vt non
exuratꝰ. Inducimur. n. ſi tales iciderit quas
ferre ñ poſſumꝰ. AVG. ad ꝓbã: Cũ ꝗ di
cimꝰ: Ne nos iducas i tẽta. nos admone/
mur h petere ne deſerti eiꝰ adiutorio alicui tẽ
tationi: vel cõſetiamꝰ decepti: vel cedamꝰ af/
flicti. CYPRI. In q̃ admonemur iſirmi/
tatis ꝛ ibecillitatis nr̃e neqꝫ ſe iſolenter extol
lat: vt dũ ꝓcedit humilis ꝛ ſubmiſſa ꝯfeſſio:
ꝛ datꝰ totũ deo: qcqđ ſupplicitꝰ petitꝰ: ipiꝰ pieta
te ꝓſtetꝰ. AVG. de bo. ꝑſeuerãtie: Cũ aũt
ſci petũt ne nos iferas i tẽtationẽ: qđ aliđ q̃z
vt in ſanctitate perſeuerẽt orãt. Si aũt h ſibi
cõceſſo qđẽ eẽ de dei dono cũ ab illo poſcitur
demõſtratꝰ: nemo ſcõꝝ nõ tenet vſqꝫ i finem
ꝑſeuerãtiã ſcitatis. neqꝫ eni qſqꝫ in ꝓpoſito
xpiano ꝑſeuerare deſiſtit: niſi i tẽtationẽ pri/
mitus iferatꝰ. Iõ ergo petimꝰ ne iferamur in
tẽtationẽ vt h nõ fiat: ꝛ ſi fit deus nõ ꝑmittit
vt fiat. Nihil. n. fit: niſi qđ aut ipſe facit aut
fieri ꝑmittit. Potens ẽ ergo a malo i bonũ
flectere volũtates: ꝛ lapſũ cõuertere ac diri/
gere i ſibi placitũ greſſum. Cui non fruſtra
dicitꝰ. Ne nos iferas i tẽtationẽ. nã q i tenta
tionẽ ſue male volũtatis nõ ifertꝰ: i nullã ꝓr/
ſus ifertur vnuſqſqꝫ. n. tẽtata cõcupiſcẽtia
ſua. Voluit ergo deꝰ a ſe poſci ne iferamur
i tẽtationẽ: qđ poterat nobis ꝛ nõ orãtibꝰ da
ri: qꝛ voluit nos admoneri: a q̃ bñficia acci/
piamꝰ. Attẽdat ꝗ eccleſia quotidianas orõ/
nes ſuas. orat vt increduli credãt. Deꝰ ergo
cõuertit ad fidẽ. orat vt credẽtes ꝑſeuerent.
Deus ergo dat ꝑſeuerãtiã vſqꝫ in finem.

¶ Sed libera nos a malo: amen.

AVG. de ſer. do. Orãdũ ẽ: nõ ſolũ vt ñ
iducamur i malũ quo caremꝰ: ſꝫ ab illo etiã
liberemur: i qđ iã iducti ſumꝰ. ꝛ iõ ſequitꝰ:
Sed libera nos a malo. CHRY. in ho.
Vel malũ hic diabolũ vocat: ꝓpter excellen
tiã malitie: nõ q̃ ex natura ẽ: ſꝫ q̃ ex electiõe.
Et qꝛ ad nos ipacabile bellũ hꝫ: ꝓpter h di/
xit: Libera nos a malo. CYPRI. Poſt
oĩa qđẽ ſupradicta i cõſũmatione orõnis ve
nit clauſula vniuerſas pces nr̃as collecta bre
uitate cõcludens. Nihil. n. remanet qđ vltra
adhuc debeat poſtulari: cũ ſemel ꝓtectionem
dei aduerſus malũ petamꝰ q̃ ipetrata: contra
oĩa que diabolus ꝛ mundus operatur ſecu/
ri ſumus. Quis. n. de ſeculo metus eſt: cuiꝰ
in ſeculo deꝰ tutor eſt: AVG. ad ꝓbã: Et
hoc vltimum quod in oratione dominica po
ſitum eſt tam late patet: vt homo chriſtianus
in qualibet tribulatione conſtitutus: in h ge/
mitus edat: ꝛ in hoc lachrymas fundat: hinc
exordiatꝰ: in hoc terminet orõnem. vñ ſeqꝰ:
Amen. quo deſiderium orantis exprimitur.

HIERO. Amē. n. qđ in fine cōſtat ſcri/
ptum: ſignaculū eſt dominice orōnis: quod
Aqla interpretatus ē fideliter: qđ nos vere
poſſumus dicere. CYPRI. Quid miruꝫ
ſi talis orō ē quaꝫ deus docuit q magiſterio
ſuo omnem precem noſtram ſalutari ſermo/
ne breuiauit? Hinc per eſaiam fuerat ante p̄
dictum: Sermonem breuiatum faciet de⁹ ſu
per terram. Nam cum dominus ieſus xp̄s
omnibus venerit vt colligeret: doctos pari/
ter atqꝫ indoctos: omni ſexui atqꝫ etati prece
pta ſalutis ediderit: preceptorum ſuorum fe/
cit grande cōpendiū: vt in diſciplina celeſti
diſcentium memoria non laboraret: ſed qđ
eſſet ſimplici fidei neceſſarium velociter di/
ſceret. AVG. ad probā. Quelibet āt alia
verba dicamus que affectus orant vel prece/
dendo format vt clareat: vel conſequendo at
tendit vt creſcat: niſ aliud dicimus q̄ꝫ q̄ i iſta
oratione dominica poſitum: eſt ſi recte τ con
gruenter oramus. Qui enim dicit: Clariſi/
care in omnibus gentibus: ſicut clarificatus
es in nobis. quid aliud dicit q̄ꝫ Sanctificet̄
nomen tuum. Qui dicit: Greſſus meos di
rige ſm̄ eloquium tuuꝫ quid aliud dicit q̄ꝫ:
Fiat voluntas tua. Qui dicit: Oſtende fa/
ciem tuam τ ſalui erimus. quid aliud dicit:
q̄ꝫ Adueniat regnum tuū. Qui dicit: Pau
pertatem τ diuitias ne dederis mihi. qđ ali/
ud dicit q̄ꝫ Panē no. quo. da. no. bo. Qui
dicit: Memento domine dauid: τ oīs man/
ſuetudinis eius: τ ſi red. retri. mihi mala. qđ
aliud dicit: q̄ꝫ Dimitte no. de. no. ſi. τ nos
di. de. no. Qui dicit: Aufer a me concupiſcē
tias ventris. quid aliud dicit: q̄ꝫ Ne nos in
du. in tenta. Qui dicit: Erue me ab inimicis
meis deus meus. qđ aliđ dicit: q̄ꝫ Libe. nos
a ma. Et ſi per omnia predicationum ſancta
rum verba diſcurras nihil īuenies: qđ i iſta
oratione dominica non contineat̄. Quiſqs
autem id dicit: quod ad euangelicam iſtā pre
cem pertinere non poſſit carnaliter orat: qđ
neſcio quomodo non dicatur illicite: qñ rena
tos dominus non niſi ſpiritaliter docet ora/
re. Qui autē dicit in oratione: Domine mul
tiplica diuitias meas: τ honores meos au/
ge: τ hoc dicit eorum hn̄s concupiſcētiaꝫ: nō
id attendens vt ex his ſm̄ deum profit homi
nibus: puto eū non inuenire in oratione do
minica quo poſſit hec vota aptare. quāobrem
pudeat ſaltem petere: quod non pudet cupe/
re. Aut ſi τ hoc pudet: τ cupiditas vicit: me
lius hoc petet̄: vt etiā ab iſto cupiditatis ma/
lo liberet cui dicimus: Libera nos a malo.
AVG. de ver. domi. Videtur etiam iſte
numerus petitionum ſeptenario beatitudi/
num congruere. Si enim timor dei eſt quo
beati fiunt pauperes ſpiritu: quoniam ipſo/
rum eſt regnum celorū: petamus vt ſanctifi
cetur in hominibus nomen dei: timore caſto
permanente in ſecula ſeculorum. Si pietas
eſt qua beati ſunt mites: petamus vt veniat
regnum eius vt mites camus nec reſiſtam⁹.
Si ſcientia eſt: qua beati ſunt qui lugēt: ore
mus vt fiat voluntas eius ſicut in celo τ iter
ra: quia ſi corpus tanq̄ꝫ terra cum ſpiritu tā
q̄ꝫ celo cōſenſerit non lugebimus. Si forti/
tudo eſt: qua beati ſunt qui eſuriunt: orem⁹
vt panis noſter quotidianus detur nobis ho
die: quo ad pleniſſimā ſaturitateꝫ venire poſ
ſumus. Si cōſiliū ē: quo beati ſunt miſeri/
cordes: qm̄ ipſorū miſerebit̄: dimittam⁹ de/
bita vt nobis noſtra debita dimittantur. Si
intellectus eſt: quo beati ſunt mundo corde
oremus non induci in tentationem ne habea
mus duplex cor: temporalia τ terrena ſectan
do de quibus tentationes fiunt in nobis. Si
ſapientia eſt: qua beati ſunt pacifici: quoniaꝫ
filij dei vocabuntur: oremus vt liberemur a
malo. ipſa enim liberatio liberos nos facit
filios dei. CHRY. in ho. Quia vero ſol
licitos nos fecerat inimici memoria: in hoc
q̄ dixerat: Libera nos a malo. rurſus auda
ciam prebet per hoc q̄ in quibuſdam libris
ſubditur: Quoniam tuum eſt regnum τ vir
tus τ gloria. quia ſi eius eſt regnum nullum
formidare oportet eum. τ qui preliatur con/
tra nos: ſit ei ſubiectus. Cum autem virtus
eius τ gloria ſint infinita non ſolum a ma/
lis eruere poteſt: ſed etiam facere glorioſuꝫ.
CHRY. ſuper math. Hec etiam ad pre/
cedentia pertinent. q̄ enim dicit: Tuum ē re
gnum. reſpondet ad illud quod dixerat: Ad
ueniat regnum tuum. ne aliquis dicat: ergo
deus non habet regnum in terra. q̄ autē di
cit: Et virtus. reſpōdet ad id quod dixerat:
Fiat volūtas tua ſicut i celo τ i terra. ne ali/
qs dicat q̄ deus nō poteſt facere quod vult.
q̄ vero dicit: Et gloria. reſpondet ad omnia
que ſequuntur: in quib⁹ gloria dei apparet.

## ¶ In feſto purificationis beate ma-
## rie. Luce ſecundo capi.

POſtq̄ꝫ impleti ſunt dies
purgationis marie ſecū-
dum legem moyſi: tule-
runt illum in hieruſaleꝫ:
vt ſiſterent euꝫ domino:
ſicut ſcriptū eſt in lege domini: Quia
omne maſculinum adaperiens vuluā
ſanctum domino vocabitur. Et vt da
rent hoſtiam ſecundū ꝙ dictum eſt in
lege domini: par turturum aut duos
pullos columbarum.

CYRIL. Poſt circūciſionē rurſus expe
ctat purgatōis tēpus. vñ dr̄: poſtq̄ꝫ impleti
ſūt dies purgationis marie ſm̄ legē moyſi.
BEDA: Si legis ipſius v̄ba diligēti⁹ in
ſpexeris: ꝓfecto reperies ꝙ ipa dei genitrix
ſicut a cōmixtiōe virili: ſic a legali ſit iure im
munis. Nō. n. oīs mulier pariēs: ſꝫ ea q̄ ſu
ſcepto ſemine pepit deſignaꝰ imūda: rituq̄ꝫ
legis docet eē mūdanda: ad diſtictionē. ſ. il-
lius q̄ v̄go cōcepit ⁊ pepit. Sed vt nos a le
gis vinculo ſolueremur ſicut chriſtus: ita et
btā maria legi ē ſpōte ſubiecta. TITVS.
Vñ elegāter euāgeliſta ꝓtulit ꝙ cōpleti ſunt
dies purgatiōis eius ſm̄ legē: nā reuera nō
icūbebat neceſſitas v̄gini ſacre: vt dies pur
gatiōis ei⁹ expectaretur: q̄ cū ex ſpūſcō cōce-
piſſet caruit cōiugio. Seqꝰ: Tulerunt illū in
hieruſalē vt ſiſterēt eū dño. ATHA. Sꝫ
qn̄ a paternis aſpectibus latuit dñs: aut qs
loc⁹ excipit ab ei⁹ iperio: vt ibi exiſtēdo ſemo
tus a pr̄e ſit: niſi afferaꝰ hieroſolymam: ⁊ in
troducaꝰ i tēplū: Sꝫ forte cā noſtri huiuſmo
di ſcripta ſūt. Sicut. n. nō gr̄a ſui hō fcūs ē:
⁊ circūciſus i carne: ſꝫ vt nos ꝑ gr̄aꝫ faceret
deos: ⁊ vt ſpiritualiꝰ circūcidamur: ſic ꝑꝑ nos
ſiſtiꝰ dño: vt diſcamus deo p̄ſitare noſipos.
BEDA: Poſt triceſimū āt ⁊ tertiū circun
ciſiōis diē dño ſiſtiꝰ: myſtice iſinuās nemi-
nē niſi circūciſū vitijs: dñicis dignū eē ꝯſpe
ctibus neminē niſi mortalitatis nexib⁹ abſo-
lutū ſupne ciuitatis gaudia poſſe ꝑfecte ſub-
ire. Seqꝰ: Sicut ſcriptū ē i lege dñi. ORI.
Vbi ſunt q̄ deum legis negant a xp̄o fuiſſe
i euāgelio ꝑdicatū: An putādū ē: ꝙ filiū ſuū
bon⁹ de⁹ ſub lege inimici fecit: quā ip̄e n̄ de-
derat: In lege. n. moyſi ſcriptū ē qd̄ ſeqꝰ:
Q2 oē maſculinū adapiēs vuluā ſcūm dño
vocabiꝰ. BED: Qd̄ dicit: Adapiēſ vuluā
⁊ hoīs ⁊ pecoris ꝑmogenitū ſignificat: quod
vtrūq̄ꝫ ſcūꝫ dño vocari: atq̄ꝫ iō ſacerdotis eē
ꝑceptū eſt: ita dūtaxat vt pro hoīs ꝑmogeni-
to ꝑciū acciperet: ⁊ oē aial imūdū redimi face
ret. GRE. niſenus: Hoc aūt legis decre-
tum i ſolo icarnato deo ſingulariter: ⁊ ab ali
is differēter impleri videꝰ. Ipſe nāq̄ꝫ ſolus
ieffabiliter cōceptus ac icōp̄rehēſibiliter edi-
tus: virginalē vterū aperuit: nō añ a connu
bio reſeratū: ſuās ⁊ poſt partū mirabile iuio
labiliter ſignaculū caſtitatis. AM. Nō eniꝫ
virilis coitus vulue virginalis ſecreta reſe-
rauit: ſed imaculatum ſemē iuiolabili vtero
ſpūſſanctus iſudit. Qui ergo vuluā ſanctifi
cauit alienā: vt naſcereꝰ ꝓpheta: hic ē q̄ ape-
ruit matri ſue vuluā: vt imaculatus exiret.
BEDA: Qd̄ ergo ait: Adaperiēs vuluā.
cōſuete natiuitatis more loquiꝰ: non ꝙ dñs
ſacri ventris hoſpitium: quod ingreſſus ſan
ctificaret: egreſſus deuirginaſſe credendus
ſit. GREGO. niſenus: Solus auteꝫ hic
partus maſculinus ſpiritaliter eſſe conſpici-
tur: qui nil de femineitate culpe portauit. vn
de reuera ſanctus vocatus eſt. vnde ⁊ gabri
el quaſi h̄ decretum ad ipſum ſolum pertine
re memorans dicebat: Quod ex te naſcetur
ſanctum vocabitur filius dei. Et in ceteris q̄
dem primogenitis ſanctos illos vocari euan
gelica ſolertia ſtatuit: tanq̄ꝫ oblatione diuina
ſortitos huiuſmodi nomen: at in totius p̄rio
genito creature: quod naſcitur ſanctum pro-
nunciat angelus: quaſi proprie ſanctum exi-
ſtens. AM. Solus enim per oīa i natis de
femīa ſcūs dñs ieſus qui terrene ꝯtagia cor
ruptele imaculati partus nouitate non ſenſe
rit: ⁊ celeſti maieſtate depulerit: nam ſi litte-
ram ſequimur: qūo ſcūs oīs maſculus: cuꝫ
multos ſceleratiſſimos fuiſſe non lateat: Sꝫ
ille ſanctus per quem figuram futuri myſte-
rij legis diuine preſcripta ſignabant: eo ꝙ
ſolus ſanctus eccleſie virginis ad generā-
dos populos aperiret genitale ſecretum.
CYRIL. O profunditatem ſcientiarum
ſapientie ⁊ ſcientie dei: offert hoſtias qui per
ſingulas hoſtias honoratur cum pr̄e: figu-

ras legis cuſtodit veritas: q legis eſt cõditor
ſicut deus legeꝫ cuſtodiuit vt homo. vnde ſe
quitur: Et vt darent hoſtiam ſm ꝙ dictum
erat in lege domini: Par turturum: aut du/
os pullos columbaꝝ. BEDA. in ho. Ho
ſtia autem hec pauperum erat. precepit quip
pe dominus in lege: vt qui poſſent agnum
pro filio aut filia: ſimul ⁊ turturem ſiue colũ/
bam offerent. Qui vero non ſufficiebant ad
offerendum agnum: duos iam turtures vel
duos columbe pullos offerrent: ergo domi/
nus cum diues eſſet: pauper fieri dignatꝰ ē:
vt nos ſua paupertate diuitiarum ſuaruꝫ do
naret eſſe participes. CYRIL. Videndũ
autem quid hec oblata inſinuant. Nimirum
loquaciſſima eſt turtur in auibus: at columba
eſt animal manſuetum. Talis autem factus
eſt erga nos ſaluator manſuetudinem perfe
cte colens: ⁊ vt turtur orbem allexit: replens
hortum ſuum proprijs melodijs. Occideba
tur ergo turtur at columba: vt ipſe per figu/
ras vobis pandatur paſſurus in carne pro
vita mundi. BEDA: in ho. Vel columba
ſimplicitatem: turtur indicat caſtitatē: qꝛ ⁊ co
lumba ſimplicitatis: ⁊ caſtitatis amator ē tur
tur: ita vt ſi coniugeꝫ caſu perdiderit non vl
tra aliam querere curet. Merito ergo turtur
⁊ columba domino offeruntur in hoſtiaꝫ: qꝛ
ſimplex ⁊ pudica fidelium conuerſatio eſt illi
iuſticie ſacrificium gratuꝫ. ATHA. Ideo
vero bina iuſſit offerri: quia homine conſiſtē
te ex anima ⁊ corpore: duplum a nobis po/
ſcit deus: caſtitatem ⁊ manſuetudinem: non
ſolum corporis ſꝫ etiam anime: alioquin erit
homo fictor ⁊ hypocrita: gerens in tegumē/
tum occulte malicie innocentiam apparentē.
BEDA: in ho. Cum vero vtraqꝫ auis ꝓ/
pter conſuetudinem gemendi preſentes ſan
ctorum luctus deſignet: in h tamen differunt
ꝙ turtur ſoliuagus: columba auteꝫ gregatiꝫ
volare conſueuit: ⁊ ob id iſte ſecretas oratio
num lachrymas: illa publicos eccleſie conuē
tus inſinuat. BEDA. ſuper lucaꝫ: Vel co
lumba que gregatiꝫ volat: actiue vite frequē
tiam demonſtrat. Turtur qui ſingularitate
gaudet: ſpeculatiue vite culmina denunciat.
Et qꝛ eque vtraqꝫ cõditori accepta eſt hoſtia:
conſulte lucas vtrum turtures an pulli colũ
barum pro domino ſint oblati non dixit: ne
vnum alteri viuendi ordinem preferret: ſed
vtrunqꝫ ſequendum doceret.

¶ Et ecce homo erat in hieruſalem.
cui nomen ſymeon. Et homo iſte iu/
ſtus ⁊ timoratus expectans conſolatio
nem iſrael: ⁊ ſpirituſſanctus erat i eo.
Et reſponſum acceperat a ſpirituſan/
cto: non viſurum ſe morteꝫ niſi prius
videret chriſtum domini. Et venit in
ſpiritu in templum. Et cuꝫ inducerēt
puerum ieſum parentes eius: vt face/
rent ſecundum conſuetudinem legis ꝓ
eo: ⁊ ipſe accepit eum in vlnas ſuas.

AMBRO. Nõ ſolũ ab angelis ⁊ ꝓphe
tis a paſtoribꝰ ⁊ a parētibꝰ: ſꝫ ēt a ſenioribꝰ
⁊ iuſtis generatio dñi accepit teſtimoniũ. vñ
dr̃: Et ecce homo erat i hieruſalē cui nomen
ſymeõ: ⁊ hõ iſte iuſtꝰ ⁊ timoratꝰ. BEDA:
Qõ difficulter iuſticia ſine timore cuſtodit:
nõ illũ dico timorē q tpalia ſibi bona ſubtra
hi perhoreſcit: quē pfecta dilectio foras mittit.
ſꝫ timorē dñi ſanctũ q manet i ſecula: quo iu
ſtus deũ quãto ardētꝰ diligit: tãto ſolertius
offendere cauet. AMBRO. Et bñ iuſtꝰ
q nõ ſuã ſꝫ ppl'i grãm regrebat. vñ ſeqꝛ: Ex
pectãs ꝯſolationē iſrael. GRE. niſenus.
Nõ vtiqꝫ mundanã felicitatē i ꝯſolationem
iſrael prudēs ſymeõ expectabat: ſꝫ verã trãſ
lationē ad veritatis decorē p ſeparationeꝫ a
legis vmbra: hũerat nãqꝫ p oracula ꝙ viſu/
rꝰ eſſet xp̃um dñi priuſqꝫ de ſeculo pñti tranſ
migraret. vñ ſeqꝛ: Et ſpũſſanctꝰ erat in eo. a
quo. ſ. iuſtificabat̃. Et reſpon. ac. a ſpũſſan.
nõ vi. ſe mor. niſi prius videret chriſtum dñi.
AMBRO. Cupiebat ipſe qdē corporee
vinculis fragilitatis abſolui: ſed expectabat
videre promiſſum: ſciebat. n. qꝛ beati oculi q
viderēt. GRE. xviij. mor. In quo ēt diſci
mꝰ quãto deſiderio ex plebe iſraelitica ſci vi
ri icarnatõis eiꝰ myſteriũ videre cupierunt.
BEDA: Videre aũt mortē expiri eã ſigni
ficat: multũqꝫ felix mortē videbit carnis qcũ
qꝫ xp̃m dñi prius oculis carnis videre ſatage
rit: ꝯuerſatonē hñdo in celeſti hieruſalē: tē/
pli dei limia frequētãdo h ē ſcõruꝫ i qbꝰ deꝰ
bitat exēpla ſectãdo. Eadē aũt ſpũs grã qua
olim vētuꝝ precognouerat ⁊ nũc venientē co
gnouit. vnde ſequit̃: Et venit i ſpũ i tēplũ.

ORI. Et tu ſi vis tenere ieſuz: ⁊ ãplexari manib⁹: oi labore nitere: vt ducẽ hẽas ſpiritũ: veniaſq̧ ad tẽplũ dei. Seq̃r. n. Et cũ induc. puc. ieſuz parẽ. ei⁹. ſ. maria mr̃ ⁊ ioſeph q putabat pr̃. Vt facerẽt ſm ↄſuetudinẽ legis ꝓ eo: ⁊ ipſe accepit eum in vlnas ſuas. GRE. niſen⁹: Quã beat⁹ ille ſacer ad ſacra itroitus: ꝑ quem ad vite terminũ maturauit. Beate man⁹ q̃ verbũ vite palpauerunt: ⁊ vlne quoq̧ quas ad ſuſceptionez parauit. BEDA: Accepit aũt iuſtus ſm legẽ puer̃ ſuũ i vlnas ſuas vt ſignificet iuſticiã operũ q̃ ex lege erat ꝑ manus ⁊ brachia figurator̃: humili qdẽ: ſ; ſalutari fidei euãgelice gratie unitãdũ. Accepit ſenior infantẽ chriſtũ: vt inſinuet h ſeculum quaſi ſenio iam defeſſuz ad infantiam ⁊ innocentiam chriſtiane conuerſationis rediturum.

¶ Et benedixit deuz ⁊ dixit: Nunc dimittis ſeruum tuum domine ſecundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuũ. Quod paraſti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium: ⁊ gloriam plebis tue iſrael.

ORI. Si ad tactũ fimbrie veſtimẽti mulier ſanata ẽ: qd putãdũ ẽ de ſymeõe q i ſuas vlnas accepit iſantẽ ⁊ gaudebat vidẽs puulũ a ſe geſtari: q venerat ad vinctos reſoluẽdos: ſciẽs nemınẽ eũ poſſe de clauſtro corporis emittere cũ ſpe future vite: niſi is quẽ in brachijs cõtinebat. vñ dr̃: Et benedi. deũ: ⁊ dixit: Nũc dimit. ſer. tuuz dñe. THEO. Qð dicit dñe: ↄfitentis ẽ: q̧ ipſe mortis ẽ ⁊ vite dñs: ⁊ ſic puer̃ quẽ ſuſcepit deũ ↄfitet̃. ORI. q. d. q̃diu xp̃m nõ tenebã: clauſus erã: ⁊ de vinculis exire nõ poterã. BASI. Si aũt voces iuſtor̃ ingras: oẽs ſup h mũdo ⁊ ei⁹ flebili mora igemiſcũt. Heu mihi dicit dauid: q: icolat⁹ me⁹ ꝓlongat⁹ ẽ. AMBRO. Vid̃ ergo iuſtũ velut corporee carcere molis icluſuz velle diſſolui vt icipiat eẽ cũ xp̃o. ſ; q vult dimitti: veniat i tẽplũ: veniat i hieruſalẽ: expectet xp̃m dñi: accipiat i manib⁹ verbũ dei: ⁊ cõplectat̃ velut qbuſdã fidei ſue brachijs: tũc dimittetur: vt nõ videat mortẽ q viderit vitã. GRECVS: Symeon aũt bñdicebat deũ iter cetera: q̧ ꝓmiſſa ſibi fcã ſortita erãt efficacie vitatẽ: nã cõſolationẽ iſrl̃ oculis ꝑſpicere meruit: ⁊ mãib⁹ portare. ⁊ id̃ dic: Scd̃m verbũ tuũ. i. cũ finẽ obtinuerī ꝓmiſſor̃. at vbi viſibilr̃ ſenſi qð deſiderabã: nũc ſoluis tuũ ſeruũ: nec guſtũ mortis attonitũ: nec heſitatõis cogitatõibus ↄturbatuz. ⁊ ideo ſubdit̃: In pace. GRE. niſen⁹: Quia poſtq̧ chriſt⁹ culpã hoſtilẽ deſtruxit: nos quoq̧ patri reconciliauit: fcã eſt trãſlatio ſcõrum i pace. ORI. Quis ẽ aũt q de ſeculo iſto recedit in pace: niſi is q itelligit q̧ de⁹ erat in xp̃o mũdũ recõciliãs ſibi: nihilq̧ habent inimicũ deo: ſ; oẽm pacẽ bonis i ſe operib⁹ aſſumpſit. GRECVS: Fuerat aũt ſibi repromiſſum nõ viſur̃ ſe mortẽ: niſi poſt videret xp̃m dñi: ⁊ ideo h ipletũ oñdens ſubdit: Quia viderũt oculi mei ſalutare tuũ. GRE. niſen⁹: Beati oculi tui tam aĩe q̧ corporis: hi qdem viſibilr̃ deũ ſuſcipientes: illi vero nõ ſolũ q̃ viſa ſunt attendentes: imo illuminati fulgore ſpũs dñi verbuz in carne cognoſcentes. ſalutare nãq̧ qð tuis oculis ꝑcepiſti: ipſe ieſus ẽ: quo noie ſalus declarat̃. CYRIL. Fuerat aũt xp̃i myſteriũ qð patuit in vltimis tp̃ib⁹ ſeculi preparatũ añ mũdi originez. vñ ſeq̃r: Qð paraſti añ faciem oium pplor̃. ATHA. ſ. ↄfectã toti mũdo ꝑ xp̃m ſalutem. qualr̃ ergo ſupradictũ eſt: q̧ expectabat iſrl̃ ↄſolationem: eo q̧. ſ. tũc futurã eſſe cõſolationem iſrl̃ agnouit i ſpũ: cũ ⁊ oib⁹ populis paratum eſt ſalutare. GRECVS. Attende ẽt ſagacitatem digni ⁊ venerãdi ſenis: antecq̧ dign⁹ videret̃ beate viſiõis: preſtolabat̃ ſolamen iſrael. Vt aũt qð ſꝑabat obtinuit: exclamat ſe vidiſſe ſalutem oium pplor̃: adeo. n. iſantis ineffabile iubar illuſtrauit eũ: vt ꝓceſſu tp̃is ſecutura mox ſibi fierent nota. THEO. Signãter aũt dicit: Añ faciem: vt. ſ. oib⁹ ei⁹ icarnatio appareret. hoc aũt ſalutare dicit eſſe gentium lumen: ⁊ gloriã iſrael. vñ ſeq̃r: Lumen ad reuelationem gentiũ. ATHA. Gentes enim ante chriſti aduentum in vltimis tenebris erant conſtitute: cognitione diuina ꝑuate. CYRIL. Sed chriſtus adueniens factus ẽ lux tenebroſis ⁊ erraticis: quos diabolica manus preſſit. Vocati ſunt autem a deo patre ad noticiam filij: qui eſt lux vera. ATHA. Iſrael autem licet tenuiter lege illuminabatur: ⁊ ideo nõ dicit q̧ lumen illis